This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/


Ex Libris

M. ACCII PLAVTI
COMOEDIAE
TOMVS III.

Plautus, Titus Maccius

M. ACCII PLAVTI

COMOEDIAE

CVRANTE

IOANNE PETRO MILLERO

TOMVS TERTIVS.



BEROLINI, 1755.

SVMTIBVS A. HAVDE ET I. C. SPENERI
Bibliop. Reg. et Acad. Scient. Priuil.

John S Lawrence Estate

gt

4-11-1985

PVNICORVM,

QVAE IN PLAVTI POENVLO EXSTANT,

INTERPRETATIO.

Quum ob alia diuerſa multum PLAVTO *veteris doctrinae ſtudioſi debent, tum ob illud quoque eum amant, quod in* Poenuli *extrema parte, id eſt, actu V. ſc.* 1. *et* 2. *linguae eius, qua Carthago quondam vtebatur, ſpecimen non temere ſpernendum dedit. Igitur nos etiam haud inſuper habenda duximus, quae viri docti ad haec Punica intelligenda attulerunt; etiamſi ſatis facere vix quisquam poſſit, et interpretationes ſingulae illorum ita diſcrepent, vt fieri plerumque in aenigmate ſoluendo ſolet. Sed nil mirum, ſi hic quidem ſuo vnumquemque abundare ſenſu videamus. Etenim quum iſta Punica haud dubie ſine ſignis, quae adpellant, vocalibus a Plauto primum ſcripta, ac deinde a librariis haud parum deformata eſſent; fieri non poterat, quin hoc noſtro tempore alii, haud paullo doctiores, ob diuerſas litteras vocales ſubſtitutas ſenſum pariter diuerſum proderent, eoque verbis Plauti in plerisque, vt credibile eſt, conſentanea, in nonnullis vero etiam a mente eius aliena auidis huiusmodi deliciarum propinarent. Interim in eo fere ſinguli conſentiunt, ad idiomatis Ebraeo-Syri rationes referendum eſſe, quidquid Hanno, Poenus iſte, dixerit; niſi quod vir ſummus,* SAM. BOCHARTVS *in* geographia ſacra, *P. II. L. II. c. 6. moneat, in* Poenuli act. V. ſc. 1. *ſedecim priores verſus eſſe Punicos, ſex poſteriores autem Libycos; et in vtriuque eadem haberi, quae in Latinis vndecim, quibus ſcenam poeta claudit. Et ſane manifeſtum eſt, non ex Virgilio tantum, et aliis aetate etiam inferioribus; ſed ex ipſo* PLAVTO, Poen. act. V. ſc. II. 73. ſ. *Carthaginienſes olim* Migdilybes, bilingues, *et* biſulcilinguas *adpellatos eſſe, quod nimirum lingua Tyriorum et Afrorum vterentur. Ea ergo ſi arrideat ſententia, profecto ipſe* PLAVTVS *ſui carminis, Poenorum lingua ſcripti, optimus interpres fuerit. Caeterum, vt aliquanto dilucidius conſtaret, quo ſucceſſu aliqui, philologiae adminiculo in tam retruſa Punici iſtius monumenti ſenſa penetrauerint, hoc quidem loco potiores aliquot interpretationes ſiſtere, haud alienum ab re noſtra iudicauimus.*

VERBA POENVLI,

Act. V. ſc. 1. v. 1.

INTERPRETE IO. SELDENO,

de DIs Syris, proleg. c. 2.

Obſecro ſuperos ſuperasque,
Quibus contigit locus iſte.

Eadem habet THOM. REINESIVS, *de ling. Pun.* c. 12.

Act. V. ſc. 1. v. 1 - 16.

INTERPRETE SAM. PETITO,

Miſcellan. L. II. c. 2.

Inclinate et aduortite, o DI deaeque, quorum ſub nomine viri huius ciuitatis ſunt.

Deprecationem et integritatem meam accipite. Duas filias generaui, robur meum:

Fato impulſus feci, vt irent ſingulis deorum diebus feſtis ad hortos,

Cum gaudio multo, quod conturbauit deus, et in die cantici fuit vacuitas:

Puellae ſurreptae abierunt: quonam ibo thalamos omnes calcans?

Vbi eſt, qui illas rapuit? vt tollam ineptitudines doloris mei, quas quaſi fructus producit mihi gignere et educare

Liberos. Dixerunt hic pro certo habitare Agoraſtoclem:

Eſt hoſpitalis teſſera, Saturni imago, (hanc fero)

Inter nos: eſto aliquis finis itineris mei, quo tandem integritati meae requies concedatur:

10. Ne

Ne ſolus, et miſer, afflictusque errem huc, illuc, quin potius in liberis meis innouer, et rependam dona et oblationes

DIs deabusque, quos inuocaui conſultores et adiutores mihi,

Ad luſtrandum domum meam a dolore, quo affectus ſum, cum illos laudarem. Sed orationem non acceperunt; afflictiſſimusque ſum, et animum deſpondeo.

O ſpes mea, huc veni: et qui me cumque manet labor, perferre facito, animos ſume a veritate oraculi et reſponſorum dei Ταῦ, a diuinationibus, et oſtentis, prodigiisque:

Numero adimplere: erige te, et precare, vtinam exaudiant: faceſſat dolor a patre religioſo, et dignoſcam fratris filium Ariſtoclem:

Attente audi lamentationem iſtam, Deus mea potentia, feſtina ad veritatem verbi exaltationis meae, o deus, et ceſſabunt ſterquilinia mea.

Ecce deinceps de meis facultatibus honorem habebo, ſacrificans far dIs omnibus, et laudans.

INTERPRETE PHILIPPO PAREO

ed. III. Plauti ſui.

Inclinate aures veſtras, o dii, deaeque, qui eſtis memoria loci (*ciuitatis*) huius.

Deprecationem meam accipite, et integritatem meam. Duas puellas, *filias*, generaui, *quae ſunt* robur meum.

Inſtinctu diuino impulſus cauſaui, *et effeci*, *ut filiae meae irent ambulatum* in diebus *feſtis dei Thau* ad hortum amoenum in diebus *feſtis* Thau,

Cum *laetitia et* exultatione multa. Propterea illud *gaudium* turbauit *mihi deus*, et in diebus *feſtiuitatis* cantici *fuit mea* deſolatio.

Virgines emulctae, *ſurreptae ac corruptae* abierunt. *Quo nunc* fugiam, thalamum, *et locum tutum*, alicubi calcans?

Vbi eſt illarum raptor? vt tollam inſulſitates, *atque acerbitates* doloris mei, quas protulit, *ac peperit* mihi τὸ facere, *ſeu gignere.*

Liberos *et filias.* Vir *quidam* dixit, habitare hic Agoraſtoclem.

Et haec eſt inuitans imago; *nempe teſſera hoſpitalis*, cui deus etiam *Saturnus* inſculptus eſt. Hanc fero *mecum*,

Inter nos. *O vtinam tandem* mihi accedat: *vtinam*, *inquam*, mihi adſit finis *meorum dolorum*, *ut tandem perueniam*

niam ad requiem, *ac ſentiam fructum et praemium* pietatis meae!

10. Ego ſolus ne errem miſere. Filiabor, et complebor donationibus hominum.

Deos deasque inuocaui conſultores meos, fortes, et auxilium, *ſiue praeſidium meum.*

In luſtrationem domus meae a dolore, quo conſumtus ſum, *illos* laudans. Ego, quia non acceperunt *meam* ſupplicationem, ſum vir afflictus. *Ilicet! actum eſt de me.*

Heu ſpes mea, veni huc: portare fac paratum onus, et laborem *mihi im*poſitum. Confide in veritate oraculi dei Thau, et in diuinatione atque prodigio.

Cito adimpletor! ſurge et precare. Vtinam exaudiant *me!* faceſſat afflictio mea: a patre *ſcilicet pio*, *ac* religioſo. Et filium *fratris mei* Agoraſtoclem *ad me* quoque recipiam: *ac ſuſtentabo illum.*

15. Extende aurem *ad flebilem* hanc meam lamentationem. O deus potentia mea; feſtina ad veritatem verbi, ſiue oraculi tui de felicitate mea! o deus vivens! et ceſſabunt ſterquilinia mea.

Ecce deinceps honorabo (deos deasque) ſuffimentum illis faciens: in quo triturationem horrei, *ſiue far*, et liba cunctis diis ſacrificabo, illos celebrans.

INTERPRETE SAM. BOCHARTO,

Geographiae ſacrae P. *II.* L. *II. c.* 6. *vbi ſcenae huius verſus priores vndecim ab ipſomet* P L A V T O *Latine exhiberi* v. 17, *et ſeqq. obſeruat*, *ac deinde hanc* verſionem fere ad verbum *ab ipſo concinnatam ſubiicit.*

Rogo deos et deas, qui hanc regionem tuentur,

Vt conſilia mea compleantur; proſperum ſit ex ductu eorum negotium meum.

Ad liberationem filii mei e manu praedonis, et filiarum mearum.

Dii (inquam id praeſtent) per ſpiritum multum, qui eſt in ipſis, et per prouidentiam ſuam.

5. Ante obuium diuerſari apud me ſolebat Antidamarchus, Vir mihi familiaris: ſed is eorum coetibus iunctus eſt, quorum habitatio eſt in caligine.

Filium eius conſtans fama eſt ibi fixiſſe ſedem, Agoraſtoclem (nomine).

Sigillum

Sigillum hoſpitii mei eſt tabula ſculpta, cuius ſculptura eſt deus meus: id fero.

Indicauit mihi teſtis, eum habitare in his finibus.

Venit aliquis per portam hanc: ecce eum; rogabo, numquid nouerit nomen (Agoraſtoclis?)

[*Haec ille*; oleum et operam perdere hos omnes arbitratus, qui ſequentes verſus, XI-XVI. ex Ebraea lingua conentur interpretari.]

VERBA POENVLI

Act. V. ſc. 2.

v. 34. *Avo*, PAREVS et PETITVS: ſalue.

35. *Hanno muthumballe bechadreanech*, PAREVS: Hanno Muthumballis filius Carthagine.

38. *Avo*, ſalue; *donni*, PETITVS: domine. PAREVS: domine mi.

41. *Avo donni*, ſalue domine mi.

42. *Me bar bocca.* PAREVS: quam (ſum) filius lachrymarum.

46. *Rufen nuco iſtam*; PETITVS et PAREVS: medicus abſtergere claudet.

50. *Muphurſa*, - *mivulechiana*, et quae ſequuntur v. 53, 56, et 57. continui ſermonis eſſe videntur. PETITVS reddidit:

Hoſpitium teſſerae meae, cuius imago Saturnus eſt: quaeſo
Indica, vt miſerearis mei, hoſpitium meum, et deduc,
Honoratus adoleſcens iſte eſt
ὁ δεῖνα: vrbis columen vnicum.

Et PAREVS: (v. 50.) Hoſpitium, *hoſpitium inquam*, *teſſerae meae*, *quae habet* imaginem Saturni, quaeſo, (53.) indica mihi, vt miſerearis mei, diuerſorium meum, *et* deduc me eo. (56.) Homo *adoleſcens* bonae famae *honoratus* ille *eſt*, (57.) Neſcio quis ciuitatis ſidus vnicum.

63. *Muphonnium ſucorahim.* PETITVS et PAREVS: qui remouet calamitates eorum, qui eius auxilium implorant.

67. *Gunebel balſamenieraſan.* PETITVS: petulantiam et ſuperbiam hominis improbi et vilis compeſcat et refraenet Iupiter. PAREVS: ſuperbiam nebulonis dominus coeli Iupiter refraenet!

VERBA POENVLI,

Act. V. ſc. 3.

v. 22, et 23. *Handones* caet. PETITVS: *Puer.* Salue, quae peperiſti me, exoptatiſſima. *Gidd.* ſalue robur filii mei, o exoptatiſſime, et mi putille.

Quid eſt? ceſſato cum omni aegritudine, ſilentio, et ſolitudine, tu affiictio mea de filio meo.

PAREVS: *Puer.* Salue, quae peperiſti me, exoptatiſſima mater. *Gidd.* Salue, robur filii mei, o exoptatiſſime, et mi putille.

Quid faciam? finis meus tandem ſit omnis meae et aegritudinis, ſilentii, et ſolitudinis meae, afflictionis meae, ob filium meum amiſſum.

33. *Lachanam vos!* PETITVS et PAREVS: venite grati propere.

GRAECORVM, QVAE IN PLAVTI COMOEDIIS LEGVNTVR, INTERPRETATIO.

CAPTIVI,

Act. IV. ſc. 2. v. 100. μὰ τὸν Ἀπόλλω: Per Apollinem: *iurandi formula.*

ibid. v. 101. νὴ τὰν Κόραν: Per Proſerpinam; Κόρη *enim, vel* κώρα, *Dorice, abſolute aliquando ponitur pro Proſerpina, vt apud Bionem, idyll.* 1. *Quum vero etiam in Latio, non procul a Velitris, vrbs eſſet antiquiſſima, quam conditores Dardani* Coram *dixere, Ergaſilus iocatur, quaſi iurans vrbem hanc intellexiſſet, atque hinc et aliarum vrbium meminit.*

ibid. v. 102. νὴ τὰν Πραινέστην: Per Praeneſten, *quae fuit vrbs Campaniae, quondam Fortunae templo celebris.*

ibidem: νὴ τὰν Σιγνίαν: Per Signiam, *quae hodie* Segni, *Colonia Tarquinii Superbi in Latio, aucta et renouata ſub conſulibus.*

ibid. v. 103. νὴ τὰν Φρυσινῶνα: Per Fruſinonem, *oppidum in Volſcis, nunc* Fruſſilone.

ibidem: νὴ τὸ Ἀλάτριον: Per Alatrium, *oppidum Hernicorum, quod Strabo et alii nonnulli Aletrium dixerunt, hodie* Alatri.

CASINA,

... Act. III. ſc. 6. v. 9. πράγματά μοι παρέχεις: moleſtiam mihi creas,

ibidem: μέγα κακόν: magnum malum.

ibid. v. 10. ὦ Ζεῦ: o Iupiter.

MOSTELLARIA,

Act. IV. ſc. 2. v. 57. Μὰ τὸν Ἀπόλλω: Per Apollinem.

PSEV-

PSEVDOLVS,

Act. I. ſc. 5. v. 69. Καὶ τȣ̃το καὶ τȣ̃το: et hoc, et illud.
ibid. v. 73. Fateri δεῖ καὶ τȣ̃το ναὶ, καὶ τȣ̃το ναί. Fateri oportet et hoc, et illud; ſane, ita res eſt.

Act. II. ſc. 4. v. 22. Χαρῖνον οἰωνὸν ποιῶ, Charinum volucrem facio, *i. e. protinus miſſum volo, vtpote nulli vſui amplius futurum.* GRONOVIUS *mauult:* Χαρίνῳ χάριν ποιῶ, *i. e. Charino gratiam facio. At ſi prior lectio germana eſt,* οἰωνὸς *hoc loco non alitem, ſed augurium, vel omen (ut ſaepe apud Graecos), mihi denotare videtur. Quumque nomen Charini ſit a* χαίρειν, *laetari; hoc forte voluit Pſeudolus:* Euge! iam ex Charini nomine (*tam fauſto, laetum*) omen capio.

POENVLVS,

Act. V. ſc. 5. v. 34. Ἅλς ἀγορᾶς ἅμα. Vel, *vt legendum putant aliqui:* ἁλαγορᾶς ἅμα, Fori, in quo ſal venalis exponitur, hama. *Hama autem notat vas, quod, quum inter alia reſtinguendis quoque incendiis adhiberi conſueuiſſet, rotundioris formae atque ventris globoſioris fuiſſe exiſtimant. Ac forte Anthemonides Hannoni ſtaturae paruitatem obiicere vt probrum voluit.*

TRINVMMVS,

Act. III. ſc. 2. v. 79. πάλιν, iterum, denuo.

TRVCVLENTVS,

Proleg. v. 3. ἄκρȣς Πλωθεῖς. ſummos vel extremos Plotheenſes, i. e. regionem Plotheenſium. Πλωθεύς enim apud STEPHANVM, de vrbibus, eſt ex tribu Aegeide apud Atticos. Conf. Noſter in *Epid.* Act. 3. ſc. 4. 2.

* * *

Alia, quae Graecae ſunt originis, ſed Latine a poeta noſtro exprimuntur, in Chreſtomathia explicamus.

PHILIPPI

PHILIPPI PAREI
DE
VITA, OBITV ET SCRIPTIS
M. ACCI PLAVTI
DISSERTATIO.

MARCVS ACCIVS PLAVTVS dictus fuit Vmbrica, hoc eſt, ſua lingua, non PLAVTVS, ſed PLOTVS, ϖλανόπους: propterea, quod teſte Grammaticorum optimo Feſto Pompeio, planis foret pedibus. Atque inde non eſt obſcurum, nomen *Plotus* Vmbriae proprium fuiſſe initio. Poſtea enim, vt ex Plinio conſtat lib. 11. cap. 25. *Plancum* dicebant Romani, qui ſupra modum eſſet planis pedibus, de quo paulo poſt ex Gloſſario Philoxeni. Vide infra Bacch. Prolog. v. 38. In Membr. Pall. vtriuſque Codd. MSS. reperi ſcriptum hoc nomen Poenol. Prol. verſ. 54. PLAVTVS, quaſi ϖλατύς. Turneb. Aduerſ. lib. 19. cap. 19. credit, e Graeco per antiſtoechum eſſe deductum a calcei genere, qui βλαύτη, et βλαύτιον dicebatur, quod eſt ſandalium. Latinis quoque ſoleae dimidiatae, quibus vtebantur in venando, quo planius pedem ponerent, *ſemiplotia* appellabantur: quaſi ἡμιβλαύτια. In gloſſis Philoxeni eſt *Plancus*, ϖλατύπους, λειόπους, a pedum latitudine, plautas imitantium: niſi fortean mendoſe ſcriptum, *Plancus*, pro, *Plautus*. Ibidem exponitur βαρύωπος, *hebetior viſu*. Vnde iterum Gloſſae: *Plautus* βαρύωπος. Neutrum Plauto noſtro conuenit. Nec tamen de nihilo eſt, quod ait Feſtus: *Plauti appellantur canes, quorum aures languidae ſunt, ac flaccidae, et latius videntur patere.* Et hinc forte Plautus Comi-

Comicus noſter in Prologo Caniſſae (*caſinae*) v. 34. dicitur *cum latranti nomine.* In plurimis libb. MSS. iuxta et cuſis offendi nomen ASINII, quod inde manaſſe putem: quia in piſtrino aſinum molarem circumegit, vt poſtea dicemus.

Oriundus fuit ex ſurdae famae (vt ille ait) oppido SARSINA (Parrhaſius, aliique FARSINAM malint: vel potius SASSINAM: Ortelius, FARFINAM) Vmbriae regionis: cuius meminit ipſe Plautus Moſtell. 3. 2. v. 83. TR. *Quid? Sarſinatis ecqua eſt? ſi Vmbram non habes.* Et Geographorum Aquila Strabo lib. 5. pag. 157. lin. 18. his verbis: *Tuſciae applicatur ex parte Orientis Vmbria, quae ab Apenninis incipit, et vltra etiam ad ſinum Adriaticum. Hi enim a Romana inchoantes, propiora deinceps tenent,* SARSINAM, *Ariminum, Senam, Camarinum.* Vide etiam Plin. lib. 3. cap. 14. At vero quia agri, quem Vmbrorum gens antiquiſſima primum obtinuit circa Ariminum, poſtea potiti ſunt Galli, iccirco Blondus, Flauius, Leander, Maginus, aliique Authores, Sarſinam in prouincia Flaminia, vulgo, Romandiola, collocant hodie. Nobile ſcilicet municipium fuit SARSINA, in ſede olim ſplendidae et nobiliſſimae familiae Caeſiorum: in quo natus quoque Plauti popularis Caeſius Sabinus: ac ſi credendum eſt Monaſticae hiſtoriae ſcriptoribus, eadem patria fuit Diuo FRANCISCO, quem alii Aſſiſio e Spoletana valle Vmbriae oppido prognatum commemorant. Niſi forte per corruptelam nominum idem ſit *Aſſiſium* cum *Saſſina:* in quam ſententiam valde inclinare velim. Receſſum praeterea Romanorum amoeniſſimum fuiſſe, argutiſſimus Poeta ad Nympham ſcripſit in haec verba:

Sic montana tuos ſemper colit VMBRIA fontes,
Nec tua Baianas SARSINA malit aquas.

Idemque vt mellis lactisque copioſiſſimum promptuarium praedicauit alibi de villa Fauſtini cuiusdam:

Fert ille ceris cana ſuis mella
Metamque lactis SARSINA de ſilua.

Et Silius Italicus lib. 8. verſ. 461.

- - - His populis fortes: Amerinus, et armis,
Vel raſtris laudande Camers; his SARSINA diues
Lactis.

De

De tempore, quo Vmber hic vates primam vitae vſuram nactus eſt, aut amiſit, magna inter doctos eſt diſſenſio: ita vt quid heic ſtatuere tuto debeam, plane incertus ſim. Expediret vero nos facillime M. Varro, eius liber *de Poetis* ad noſtram ſi perueniſſet aetatem. Conſtans tamen plerorumque eſt ſententia, in ſcena eum floruiſſe Romae quinto decimo anno, poſtquam bellum Punicum, in quo quindecies centena millia hominum peremti, inceptum eſſet: quando nimirum Romani Impp. Poenos vincere coepiſſent. Innuit idipſum Plautus Ciſtell. I. 3. v. 54. *Vt vobis victi Poeni poenas ſufferant.* Vixit ergo illo ipſo tempore, quo Romana ingenia primum effloreſcere, ac ſeſe extollere coeperunt, iuxta illos Porcii Licinii veteris Poetae verſus:

Punico bello ſecundo Muſa pennato gradu
Intulit ſe bellicoſam in Romuli gentem:

Factum id erat COSS. Rom. M. Cornelio Cethego, et P. Sempronio Tuditano, Anno V. C. quingenteſimo quinquageſimo primo. Ante Chriſtum natum ducenteſimo primo. Orbis conditi, iuxta calculum Chronologicum parentis noſtri, ter milleſimo ſeptingenteſimo viceſimo octauo. Annis vero viginti poſt morti datus eſt Plautus Coſs. Rom. P. Claudio Pulchro, et L. Porcio Licinio, Cenſore M. Catone V. C. quingenteſimo ſeptuageſimo primo. Anno Mundi ∞ ∞ ∞ DCCXLVIII. Ante Chriſtum natum CCXXI. annis quindecim ante Ennium: ante Terentium Comicum Afrum, duobus et quadraginta, iuxta Euſebii computum. Coniectura itaque haud leuis eſt, deceſſiſſe haud multo maiorem quinquagenario. Sepulchro eius epitaphium a PLAVTO ipſo inſcriptum fuiſſe, teſtatur M. Varro in libro de Poetis primo, apud Agellium: qui tamen an Plauti foret, dubitandi cauſam inde deſumſit, quod, vt vulgo concipiuntur, verſus nimis eſſent longi, et hexametri quibus ſcilicet Plautum vſum fuiſſe, nuſquam memoriae proditum eſt. Itaque poſt conatus aliorum eoſdem in ſenarios vere Plautinos redegi, hoc modo:

POSTQVAM. MARCVS. ACCIVS. PLAVTVS. MORTI. DATV. 'ST.
DESERTA. SCENA. EST. ET. LVGET. COMOEDIA.
HINC. OMNIS. LVSVS. ET. RISVS. OMNIS. ET. IOCVS.
ET. NVMERI. INNVMERI. SIMVL. OMNES. CONLACRVMANT.

Qualis

Qualis porro de facie PLAVTVS noſter fuerit, quamquam ſui imaginem graphice nobis in fabulis ſuis depinxit, vtut curioſe hucuſque anquiſiuerim, certi tamen quid compertum habere non potui. Probabilis omnino videtur eorum ſententia, qui in perſona Pſeudoli ipſum Plautum effigiari coniiciunt, his verſibus:

Ruffus quidam, ventrioſus, craſſis ſuris, ſubniger,
Magno capite, acutis oculis, ore rubicundo, admodum
Magnis pedibus.

Humili genere et abiecto prognatum fuiſſe, ſatis arguit curuum ipſius infortunium, et crepera rerum omnium viciſſitudo. Poeta primum fuit, et quidem pecunioſus, e felicitate fabularum ſcribendarum. Etenim Romae compoſitis datisque ad populum fabulis ingentem pecuniae vim in operis artificum ſcenicorum ſibi comparauit: vti meminit Varro apud Agellium. Hinc maioris ſpe lucri ad mercaturam animum adiecit, nummisque negotio attributis ſolum vertit: ſed male re geſta inops excuſſusque fortunis omnibus Romam rediit, teſte eodem Varrone.

Inde mirari non ſubit, cur nihil ille crebrius habeat in ſuis fabulis, quam mercatum, pecuniam mutuo acceptam, argentum foenori datum, ſyngraphas, tabellas, rationes, et id genus nummaria negotia alia. In magna praeſertim annonae difficultate piſtori operam locauit ſuam, occupatus molis truſatilibus circumagendis, ac vertendo aſino molari: quantumque temporis ab hoc opere piſtorio ſupererat, tantum operi poetico, vertendisque e Graeco fabulis, ac vendendis impendebat: vti Euſebius, atque ante illum Varro memoriae prodiderunt. Ab eo, quod ſupra dixi, nomen ASINII vulgo illi fuit impoſitum. Lapis enim molaris, qui lapidem terit, ὄνος dictus, ſiue aſinus. Neque vero cum legimus, piſtorem fuiſſe Plautum, aut piſtori operam ſuam locaſſe, de eo exiſtimandum eſt verba fieri, qui panes publice conficiat, ac venales exponat. Hoc enim genus artificum Romae non fuiſſe Plautino aeuo, diſcimus ex Plinio, ita ſcribente: *Piſtores Romae non fuerunt ad Perſicum vſque bellum, annis ab vrbe condita ſupra quingentos octoginta. ipſi panem faciebant Quirites.* Erant autem piſtores, ut ait Varro lib. I. de vita populi Rom. qui in piſtrino pinſerent farinam. Coqui vero, aut mulieres, ad priuatos

uatos domeſticorum vſus coquebant panes, vt Plinius ſubdit ibidem loci: et oſtendit hoc aenigma Naeuii Poetae: *Coquus edit Neptunum, Venerem, Cererem.* Hoc eſt, interprete Nonio, piſces, olera, panem. De mulieribus aperte Plautus Mercat. 3. 2. v. 62.

Nihil opus nobis ancilla, niſi quae texat, quae molat,
Lignum caedat, penſum faciat, aedes verrat, vapulet;
Quaeque habeat cottidianum familiae coctum cibum.

Et paulo poſt v. 81. *Ea molet, coquet, conficiet penſum.* Mulieres illae *Panicoctariae* nominabantur vulgo, vt teſtatur Vlpianus ff. l. 12. de inſt. vel inſtrum. l. quaeſitum eſt. Et Chryſologus Serm. XCIX. Locus vero, vbi id factum, *paniſicium* dicebatur. Gloſſae, ἀρτοποιεῖον, *paniſicium:* et *paniſicium*, ποπανεῖον. Non tamen negandum, piſtores nonnumquam adhibitos quoque ad panem domi coquendum, eoſdemque etiam fuiſſe coquos: vti apparet ex iſto loco Plauti Capt. 1. 2. v. 56.

Multis et multigeneribus opus eſt tibi
Militibus. primum dum opus eſt piſtorenſibus:
Eorum ſunt genera aliquot piſtorenſium.
Opu' paniceis; eſt opu' placentinis quoque.
Opus turdetanis, opus eſt ficedulenſibus.

Caeterum ſeruilis haec Plauti conditio ſequiora illi peperit hominum indicia, vt moribus haud abſimilis iudicatus fuerit iis, quibuſcum verſabatur. Piſtores namque ἀρτοπώλιδες a λοιδορίαις male perpetuo audiuerunt. Hinc ſors Plauti in adagionem pertracta, vt iſtiuſmodi λοιδορούμενος diceretur. *Plautinae proſapiae homo*, apud Minutium Felicem pag. 8. *Octauius homo Plautinae proſapiae, vt piſtorum praecipuus, ita poſtremus Philoſophorum.* Et Hieronymus ait: *Inuentae ſunt Plautinae familiae, et ſcioli tantum ad detrahendum, qui in eo ſe doctos oſtentare velint, ſi omnium dicta lacerent.* Idem alibi: *Hunc Dialecticum vrbis veſtrae, et Plautinae familiae columen non legiſſe quidem* κατηγορίας *Ariſtotelis.* In Prouerbium quoque abierunt *ſales Plautini:* de quibus Horatius in Arte v. 270.

At noſtri proaui Plautinos et numeros, et
Laudauere ſales.

Idem Hieronymus aduerſus Rufinum Tomo I. pag. 494. ſub finem:

Audio praeterea te Plautino in me ſale ludere. Sed de ſalibus Plautinis alibi dicendum nobis accuratius.

Quot numero fabulas ſcripſerit Plautus, video iam olim acriter diſceptatum. Feruntur, inquit Agellius, ſub Plauti nomine Comoediae circiter centum et triginta. ſed homo eruditiſſimus L Aelius quinque et viginti eſſe eius ſolas exiſtimauit. M. Varro viginti et vnam, minime dubioſas, ſed genuinas, et *Plautinas*, eaque propter *Varronianas* dictas agnouit: e quibus viginti duntaxat ad nos peruenerunt: inter quas tamen Eraſmus in prouerb. *Pridie caueas, quod metuas poſtridie*, Stichum quoque ſuſpectam habet.

Teſtatur idem Varro, in piſtrino tres ſcripſiſſe, *Saturionem Addictum*, et aliam quandam, *Neruolariam* credo: ſicuti Naeuius quoque duas fertur in carcere compoſuiſſe. *Scriptas vero in piſtrino a Plauto Comoedias, mirum videri debet nemini* (inquit Hieronymus Magius) *mira res haec videbitur, me captiuum* [fuit capta Cypro in Aſiam abductus, atque reſte ſuffocatus] *et Turcae hominis ſeruum in erga; ulo vacuum a libris de Tintinnabulis, et Eculeo ſcripſiſſe libros.*

Circumferuntur autem plures illius fabulae, et a Grammaticis hinc inde Plauto attribuuntur, quae ab Sarſinate noſtro numquam fuerunt ſcriptae, ſed vel a M. Acutio, vel a Plautio quodam. Vnde *Plautianas* dictas fuiſſe, memorat Agellius. Exſtat quoque clodo pede ſcripta AVLVLARIA, ſiue QVEROLVS Plauti: quae reuera eſt Gildae Sapientis Britanni. Dicitur item Achilles Statius Luſitanus Comoediam Plauti ἀνέκδοτον habuiſſe, PHILODOXION nomine. Quae ſi prodeat, cuius patris proles ſit, facile ſe prodet.

In Comoediis ſcribendis imitatus eſt cum maxime Graecos Comicos: quorum quidem dramata tunc integra exſtabant: atque in his potiſſimum expreſſit Diphilum, Philemonem, Demophilum, Menandrum, Siculum Epicharmum, Eubulum, Ariſtophanem, Apollodorum, Poſidippum, interdum etiam Euripidem: nec non Platonis dogmata. Plautum ipſum poſtea in ſuis fabulis Terentius Afer tanta cura expreſſit, vt vitio ipſi vorterint multi, vſque adeo, vt *furem*, non *poetam* ſe appellatum fuiſſe; ipſemet in prologo Eunuchi ultro fateatur: immo vero imitationis veſtigia in

Terentio

Terentio tam ſunt manifeſta, vt recte a viris doctis indicatum fuerit, Sarſinatem noſtrum ex potiſſima parte tantum, quantus quantus eſt, feciſſe Afrum illum. Perperam proinde a nonnullis parum aequis arbitris Carthaginenſis ille Comicus Romano noſtro ſolet anteferri, quem multis paraſangis poſt ſe facile relinquit: a cuius ſcilicet virtutibus tam longe in multis abeſt, quam ſus a catello Melitaeo. Maieſtatem namque rerum illarum; quae in fabulis Plautinis peraguntur, ſi recte intuearis, non immerito profecto MARI ſimilem PLAVTVM dixeris, Scilicet in PLAVTO omnium ſcientiarum fluuii omnes omnis ſapientiae riuuli confluxerunt. Atque adeo proprium id Comicorum eſſe officium, ipſe noſter manifeſto innuit Rud. 4. 7. v. 24. Vis *Theologum?* quae ſodes in eius fabulis de DEO, et DEI prouidentia leguntur verae Religioni congruae ſententiae? Quid diuinius dici potuit illo ſcito? Capt. 2. 2. v. 63. 64. *Is vti tu me hic habueris, proinde illum illic curauerit. Eſt profecto DEVS, qui quae nos gerimus, auditque et videt.* De Prouidentia DEI noctu dieque in vniuerſo Orbe cuncta gubernantis, quam pie ſentit? Rud. Prolog. v. 6. 7. Vis *Medicum?* Non deerunt in Plauto medicae artis placita. E quibus vnum illud eſt eminentius. Curc. 2. 1. v. 1. *Iam quaſi Zona liene cinctus ambulo. Geminos in ventre habere videor filios.* Et eadem fabula 2. 3. v. 39. *Os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame. Ita cibi vaciuitate venio laxis lactibus.* Quid de cibi vaciuitate ſcribant Medicorum filii, Auicenna, Meſue, Almanſor, Galenus, alii: nunc iam omitto. Videatur Caelius Rhodiginus lib. 13. cap. 24. Antiq. lect.

Chirurgices non ignarum quoque fuiſſe, quae Medicinae practicae pars potiſſima eſt, colligi abunde poteſt ex Perſa 2. 5. verſ. 11. *Botanicum* agit in tota ſcena II Act. III. Pſeudoli. Vide etiam Trin. 4. 2. verſ. 90. Rud. 3. 2. verſ. 16. Eidem nec παθολογικὴν, nec διαιτητικὴν [quibus fere partibus abſoluitur tota ars medica] incognitam fuiſſe, plurimis argumentis euinci poteſt. Iam de *Iurisprudentia* quid dicam? cuius tam peritus Myſtes fuit Plautus, vt ipſa Themis in illius pectore habitaſſe dici queat: neque vel Paulo, vel Caio, vel Vlpiano, aliisue. Dices ſacerdotibus vel hoc ceſſit; quorum decreta atque inſtituta non minus ſcite in ſcena expreſſit, atque ille in foro. Agnonerunt illam lau-

 dem

dem in PLAVTO non ſolum veteris aeui Scaeuolae et Laelii, ſed et memoriae noſtrae Tribonianis et Papinianis pares Budaei, Alciati, Cuiacii, Hotomanni, Briſſonii, Raeuardi, Langlaei, Godofredi, Fabri, Giſanii, aliique: qui Iuris ſui latifundia e Plautinis opibus amplificare vnice volupe habuerunt: adeo vt niſi id ſedulo et anquiſite fecerint, nihil ſe egiſſe arbitrati ſint.

Philoſophica vero quam anxie tractauit? De rerum natura e *Phyſica* diſciplina quae paſſim notae gemmularum inſtar diſtinctae! vt ſuauitate ſua legentes afficiunt! In *Matheſi* et *aſtrorum ſcientia* quid polleat Plautus, vnicus Prologus fabulae Rudentis docere abunde poteſt, cui nomen ARCTVRI fecit. Inſpiciatur itidem locus Amph. I. I. verſ. 16. et ſeqq. De *ritibus* et *legibus populi Romani* plenae omnes fabulae, quodque alii hiſtorici magno egere ſtudio, hic per iocum et ludum non tangit modo, ſed et explicat et euoluit. Videſis graphicam deſcriptionem obſidionis Troianae in Bacchidibus Actu IV. Scena IX. Dices, ſcio, non Homerum, non Smyrnaeum potuiſſe elegantius aut verius.

Quae *morum* et *virtutum* icunculae e regione poſitis vitiis! Nimirum vt horum turpitudine tamquam tenebris lux illa illuceat magis et conſpicua fiat, paſſim reſplendent. Conſidera mihi ſodes vnum illum Prologum διπρόσωπον Trinummi: accommodatis ſcilicet perſonis ad nequitiam adoleſcentis. quid quaeſo ἠθικώτερον? Ita paſſim Plautinae Comoediae abundant documentis ad rerum omnium opportunitates, et commoda vtiliter occupanda, vitamque in ciuili hominum conſuetudine componendam. Ita vbique Plautus in ſententiis ſuis τὸ πρέπον, ſiue decorum perſonarum anquiſite obſeruauit: interpoſita nonnunquam Comica vrbanitate, eaque moderata ac ſalibus iocisque feſtiue fermentata, et quidem ex innato naturae inſtinctu. Sic enim factus fuit, vt merito *pater riſuum atque iocorum* habitus ſit. Neque vero iccirco τὸ πρέπον ſiue decorum Comicum vel tantillum temere violaſſe dicendus eſt, quod ſeuerae ſententiae ſaepe a vilioribus, aut ridiculis perſonis proferantur: ſicuti rectiſſime id monuit Donatus ad Terentii Eunuchum 4. 7. v. 19. Edit. Lindenbr. Pariſ. adducta ſententia militis Mil. I. I. v. 68. *Nimia pol miſeria eſt, pulchrum eſſe hominem nimis.* Simile quid refert Fl. Vopiſcus in hiſtoria Nu-

meriani

meriani cap. 13. his verbis: *Auus meus retulit, ſe interfuiſſe concioni, cum Diocletiani manu eſſet aper occiſus: percuſſiſſe autem dicebat Diocletianum, et dixiſſe: Gloriare aper: Aeneae magni dextra cadis. quod ego miror de homine militari: quamuis ſciam plus quam militares, vel Graece vel Latine, vel Comicorum vſurpare dicta, vel talium Poetarum. Ipſi denique Comici plerumque ſic milites inducunt, vt eos faciant vetera dicta vſurpare. nam et* Lepus tute es, et pulpamentum quaeris. *Liuii Andronici dictum eſt: multaque alia, quae Plautus, Caeciliusque poſuerunt.*

Genuinum inſuper eſt illud φιλοσόφημα ſerui, hominis caeteroquin fraudulenti. Pſeud. 2. 3. v. 13. et ſeqq. Adeo naturae haec eſt ratio, vt congenita ſit quibusuis hominibus, aliisque rebus naturalibus. Adeo κοιναὶ illae ἔννοιαι, ac communia principia tam alte inſederunt rebus ipſis, vt nullo perſonarum reſpectu detemerari queant, ſi vel ab inquinatiſſimis ſceleſtiſſimisque proferantur gnathonibus, paraſitis, lenonibus, aut lenabus, ſeruis denique, nepotibus, aut meretricibus. Non itaque abs re eſt, quod Dionyſius Halicarnaſſaeus, ἐν τέχνῃ dixit, τὴν κωμῳδίαν τὸ γελοῖον προσποιησαμένην φιλοσοφεῖν: *Comoediam ſub ludicra larua philoſophari.* Enimuero ſic dare Plautus Scenae operam (inquit doctiſſimus Buchnerus) ſic ludere ſolet, vt cum habenas omnes mittere iocis, cum ſtrenue maxime videtur iocari, mox praeter opinionem ſerium aliquid ad vitam, mores, Rempublicam ipſam denique iaciat; et riſus medios inter, mutatis ſubito partibus, monitorem ex ſcurra, ex hiſtrione Philoſophum repraeſentet. Exemplo illuſtri rem planam faciam. Phyſicae diſciplinae, quae Naturae adyta perſcrutatur, ſacroſanctum decretum eſt: *Nullum corpus naturale duobus pluribusue eſt locis; ſed vni duntaxat vnice proprieque mancipatum.* Veritas haec tam eſt arcte primae veritati DEO conſentanea, vt nota ſit omnibus, a recta ratione haud alienis, cuiuscumque tandem ſortis aut fortunae ſint. Adſtruit illam ſententiam fortiſſimus Amphitruo primore fabula 2. 1. v. 11. redarguens ſeruum Soſiam, his verbis: *Sceleſtiſſime, audes mihi praedicare id, domi te eſſe, nunc qui hic ades?* Et diſertius ibidem v. 16. *Tunc id dicere audes, quod* NEMO *vmquam antehac vidit: nec poteſt fieri, tempore vno homo idem*

duobus locis vt ſimul ſit. v. 40. *Quae neque fieri poſſunt, neque fando vmquam accepit quiſquam, profers.* Iterum v. 46. *Quo id (malum!) pacto poteſt fieri, nunc vti tu hic ſis, et domi?* Innata fuit haec ipſa ἔννοια φυσικὴ ſeruo Tranioni Moſtell. 1. 1. v. 13. *Nec veriſimile loquere, nec verum: comeſſe quemquam vt abſentem poſſit.* Et Moſtell. 3. 2. v. 101. *Ego hic eſſe, et illic, ſimul haut potui.* Confirmat idem dogma naturale leno Labrax Rud. 5. 2. v. 41. *Si hercle abiero hinc, hic non ero.* Et Euclio ſenex Aul. 2. 2. v. 4. *Egomet hic ſum, animus domi eſt.* Perpetuum hoc veri corporis naturalis πάθος adeo ratum eſt in natura, vt a nullo corpore illud vmquam ſeparari queat: adeo firmiter etiam corpori naturali adgnatum, vt nec ab ipſo Deo Creatore ſapientiſſimo pariter ac veraciſſimo Numine, corpori naturali in ſua primigenia ἐντελεχείᾳ conſtituto ac permanenti poſſit adimi: ob cauſas, quas modo indicabo. Proinde nihil mirum videri debet, immotum hoc Naturae principium, qua brutis, qua rationalibus corporeis animantibus ingenitum, promiſcue quibuſuis hominibus innotuiſſe, atque a Theatri perſonis his illiſue recte vſurpatum. Quidni igitur et Theologi quoque illud agnoſcant eſſe verum? quidni ſacris ſuis myſteriis, vbi vbi vſus veniat, applicent? illis, inquam, quae non ab immediata ac ſupernaturali reuelatione dependent, ſed quae naturalibus huiusmodi ἐννοίαις ſiue notitiis immiſta ſunt? Vtique item Numen ſibi vbique conſtat, *nec facit*, teſte Auguſtino, *vt quae ſemel vera eſſe voluit, ſimul etiam falſa ſint.* Ita namque DEI omnipotentia attemperanda ac ſancienda fuerit, vt ne veritas eius conſtantiſſima funditus euertatur. Vidit vtique gentilium diſertiſſimus, *nihil eſſe, quod DEVS efficere non poſſit, et quidem ſine labore vllo.* Idem tamen Tullius caeleſti fortean lumine afflatus haud grauate adſtipulatus fuiſſet Tharſenſi doctori aſſerenti, *Deum negare ſeipſum non poſſe:* et *impoſſibile eſſe Deum mentiri.* Secus ſentiendum, iudicandumque de abditis illis adytisque rebus diuinis, quae omnem rationem hominis exſuperant. Ibi tum *ſanctius ac reverentius videri debet, de actis Deorum credere, quam ſcire:* prout religioſe prudentiſſimus hiſtoricus edixit. Expetisne porro aliud ſpecimen ciuilis prudentiae in Plauto noſtro? Nemo profecto Philoſophorum γραφικωτέρως depinxit fatales vrbium ſuc ceſſus iuxta atque interitus, quam virgo illa in Perſa 4. 4. v. 6.

S.

Si incolae bene ſunt morati, pulchre munitum eſt oppidum.
Perfidia et peculatus ex vrbe, et auaritia ſi exulant.
Quarta inuidia, quinta ambitio, ſexta obtrectatio.
Septimum periurium, octaua indiligentia.
Nona iniuria, decimum quod peſſimum adgreſſu, ſcelus.
Haec niſi inde aberunt, centuplex manus ſeruandis parum eſt.

Alium arcanum fontem prudentiae, hodie quidem vſquequaque aridum, at qui priſco ſaeculo plenis fluebat riuulis, et ex quo potentiores non ſecus bibebant, ac Choaſpe ſuo aut Eulaeo Monarchae Perſici, aperit Paraſitus ille Menaechm. I. I. v. 3.

Homines captiuos qui catenis vinciunt,
Nimis ſtulte faciunt, mea quidem ſententia.
Eſca et potione vinciri decet. Vide totum locum.

Annon caeſariatus miles experientia ſua bellica edoctus luculenter oſtendit, vel ſolo adſpectu armorum ſaepe terreri hoſtes, quando ſic infit Mil. I. I. v. 4.

Curate, vt ſplendor meo ſit clypeo clarior,
Quam ſolis radii eſſe olim, cum ſudum eſt, ſolent:
Vt, vbi vſus veniat, contra conſerta manu
Oculorum praeſtringat aciem in acie hoſtibus.

Et alibi Mil. 3. I. v. 16. idem Pyrgopolinices, quaſi ad gubernacula imperii conſediſſet, ita edicit:

Facile eſt imperium in bonis.
Sed volo ſcire, eodem conſilio quod meditati ſumus,
Si gerimus rem.

Sed ad iſta ſublimia altius me iam nunc non diffundo: contentus quorumuis recte ſentientium forte atque vnanimi conſenſu demonſtraſſe, nihil PLAVTVM contra naturae aut Morum ſancita, omneque adeo decorum, quicquam peccaſſe, quibuſcumque etiam perſonis in ſcena id genus ſapientiae aut prudentiae ἐπισαγματα attribueret. Sic enim ὁμοθυμαδὸν ab omni aeuo creditum fuit, Plautinas Comoedias abundare documentis ad rerum opportunitates, et commoda vtiliter occupanda: vitamque in ciuili hominum conſuetudine ſalutariter componendam: idque interdum in vniuerſa Dramatis fabula doceri, quae HVMANAE SPECVLVM VITAE refert, in eam intuentibus: ſaepe in ſingulis praeceptionibus indicari, quae traditae in loco, mirum

 quantum

quantum mores inſtruunt, hominemque ſeipſo ſapientiorem ſedulo reddunt. Atque haec iſta quidem ego ſuffultus partim authoritate, partim ipſa rei veritate adductus tam ſplendide de Plauto noſtro depraedicare et admirari ſoleo, haud ignarus interim, reperiri iniquos Ariſtarchos, eoſque non quintae claſſis homines, qui conuiciandi libidine abrepti omnem paene laudem Comicam illi peremtam expetant. Cum enim magiſtri harum rerum tria potiſſimum in Comoedia ſpectari debere profiteantur, argumenti ſcilicet inuentionem, ſiue τὸ ἐυοικονόμητον, ac diſponendi ordinem, quem Ariſtoteles πραγμάτων σύνθεσιν vocat, itemque τὸ ἠθικὸν, ſiue hominum mores, qui ſingulis perſonis apte attribuendi ſunt: ac denique φράσιν, ſiue ſermonem, vſu ipſo loquendi confirmatum, ecce nullum horum trium in ſolidam virtutem, Sarſinati attribui poſſe, delicatuli quidam vociferantur. Singula tactim perſtringam, ea fini, vt oppido argumentis certiſſimis euincam, omnes illos ſic praue intelligendo nihil omnino intellexiſſe. Clamant igitur aliqui, οἰκονομίαν Comicam in eo neglectam, quod minus conuenienter fabulas ſuas inſcripſit: aliaque proinde illis nomina fuiſſe imponenda. Hoc conuitium quam tenue ſit, nemo non facile ſentit, niſi qui pater ſuae alios proli dominari patietur, ſuoque ſe iure ac poteſtate ultro abdicare volet. Libertas ea, qua Graecis, qua Latinis ab omni aetate conceſſa fuit, vt arbitratu quiſque ſuo fabulis ſuis ſiue a perſonis, ſiue a rebus ipſis titulos praeſcriberet. Impoſuit autem Plautus pleriſque ſuis fabulis nomina paraſitica et ſeruilia: ut Curculioni, Pſeudolo, Sticho, Epidico, propterea, quod aſtuti et callidi ſeruuli, atque edaces paraſiti primas in illis Comoediis partes ſuſtineant: vt in Apologis Aeſopi vulpeculae. Plauto igitur cur hanc licentiam adimamus? qui nihil quicquam veritus eſt, modo auditorem excitaret vel riſu, tum rerum, tum verborum.

Ab iiſdem vitio vertitur illud, quod in Amphitruone nocti longa fingit Herculem ſimul et conceptum et prognatum. Conſiderent vero mihi acuti illi, num haec repugnent virtuti diuinae, tum ipſius Iouis, tum Herculis. Nam vbi Dii agunt, ibi ceſſat ratio humana. Certe quidem theatro res tam ab hominum ſenſu remota minus grata eſſe haud potuit. Geminum germanum id quoque eſt, quando ἀναχρονισμὸν in eadem Amphitruo

n

ne commiſſum notarunt, ubi Soſia et Mercurius Herculem, ille admirans, hic iurans nominant: cum tamen nondum natus fuerit, nedum vt in numerum Deorum ſit relatus. Nihil hic quoque iocorum pater a ſcenica libertate an feſtiuitate alienum fecit, aequa ſi lance ſingula ponderemus. Proin alia nunc nobis expurgatione nihil opus. Eiuſdem commatis eſt et hoc, cur in Curculione paraſito furtum annuli affingatur, quem tamen ſoror eius ſecum habuit, poſtquam cum illo perierat. Nimirum alius ille fuit annulus, quem paraſitus militem eluſit, ab eo, quem ſoror ſecum ſemper ſeruauit. Quid hic tricarum? Pari cenſu haberi velim et illud, cum in Captiuis et abit Philocrates, et redit Philopolemus ab Aetolis perpauxillis horis. Quid enim? an tempus plurium annorum interponi debuit in ſcena? Satis vtique fuit indicaſſe, illum abiiſſe, et hunc rediſſe. Theatrica narratio aliud nihil requirebat.

Non aliter excuſandum eſt illud σφάλμα προσωπογραφικὸν, quod dicit Pſeud. 3. 2. v. 80.

Item vt Medea Peliam concoxiſſe ſenem,
Quem medicamento, et ſuis venenis dicitur
Feciſſe rurſus ex ſene adoleſcentulum.

Medea namque non Peliam, ſed Aeſonem ex ſene iuuenem refecit. Vide Muretum in Variis lib. 6. cap. 10. Scilicet illa hiſtoria deprauate a vulgo recitabatur, quod arguit verbum *dicitur:* Iccirco Plautus vulgi errorem ſequutus eſt: vnde natum quoque pronerbium: *Tamquam Peliam recoquere.* Vide etiam Marquardum Freherum lib. 1. de fama, pag. 67. nec non Adrianum Iunium in Prouerb. Tit. *Numquam.* pag. 1368. Neſcio tamen, quei illud ἀνοικονόμητον expurgari queat, quando Bacch. 4. 9. v. 21. Nicobulum ſenem facit Ilium: et continuo poſt v. 33. Priamo aſſimilat: niſi quod credam eſſe σφάλμα μνημονικόν. Nouae inſuper Comoediae mediocritatem pluribus fabulis miſceri cum acerbitate veteris, iſtis locis ſe obſeruaſſe, iidem Cenſores opinantur. Bacch. 2. 2. v. 37. Mil. 2. 2. v. 56. Vtrumque crimen Plautino aeuo, illiusque exemplis alleuari, atque expurgari debet. Ita namque veteris Comoediae licentiam Plautus euitare voluit, vt intermediae cuiusdam libertatem ita ferente ſaeculo ante abſolutam nouam vſurpare illi volupe fuerit. Indulſerunt eandem inter

alios Graecorum feſtiuiſſimo Ariſtophani cummaxime, cuius veſtigia Plauto legere certum decretumque fuit. Nam hac libertate vſus eſt in inſectatione plurium, atque adeo integrarum ſaepe nationum. Sic Bacch. 3. 3. v. 33. Lydus deprauatam veterum inſtitutionem carpit. In Sticho 2. 1. v. 44. omnes curioſi traducuntur. In Milite 3. 1. v. 88. mulieribus maledicitur: ciues vrbani exagitantur. Trin. 1. 2. v. 162. Epidamnienſes culpantur. Men. 2. 1. v. 34. Appuli et Vmbri male audiunt. Mil. 3. 1. v. 52. Truc. 3. 2. v. 23. Siculi. Perſ. 3. 1. v. 66. Rud. Prol. v. 54. Praeneſtini. Trin. 3. 1. v. 8. Truc. 3. 2. 23. Euripidem ludificat Rud. 1. 1. v. 4. Idem factitarunt Comici nouae Comoediae impurioris apud Graecos, quos ſequutus fuit Plautus. Sic Ariſtophanes nominatim in ſcena laceſſiuit Cleonem, Paphlagonem, coriorum opificem. Eupolis item Cleonem, et Hyperbolum, lucernarum artificem. Plato Cleophontem, vt imperitum nugatorem, Pamphilum, vt foeneratorem, Cleonymum, vt imbellem, et timidum, qui ſcuto abiecto fugere ſoleret, Theodorum, vt periurum, Cliſthenem, vt mollem, et effeminatum, Ariſtylum, vt flagitioſum et obſcaenum, Philonidam, vt ſtultum et impurum, qui paraſitos alebat. Sed nec aliis eruditis pepercerunt, ſiue Oratores, ſiue Poetae, ſiue Philoſophi denique forent. Simonem Oratorem proſtituerunt, vt peculatorem, Neoclidam, vt rabulam, vt furem, vt lippientem: Philepſium, vt in comminiſcendo leuiſſimum, in apologis et fabulis recitandis nimis loquacem: Socratem et Diagoram, Philoſophos, tamquam Deorum contemptores: *Dithyrambicos*, Hieronymum, vt puerorum amatorem, et deformem, Niceſiam, quaſi impium, et religionis contemptorem. *Tragicos*, Euripidem, vt verſutum et callidum, rerum falſarum molitorem, Sophoclem, vt ſimplicem, Iophontem, vt plagiarium, Xenoclem, vt obſcurum, et impolitum, Pythangelum, vt improbum, et ignobilem exagitarunt. Ab hac igitur intermediae Comoediae acerbitate quoniam propius receſſerat Terentius, icciroo melioris decori laudem Plauto praeripuiſſe viſus fuit.

Supereſt vnum adhuc ἀνοικονόμητον, a diuerſitate loci depromptum, quem σκηνὴν δράματος appellare conſueuerunt. Huius ſaepe fines tranſiliiſſe dictitant curioſuli. In Amphitruone Thebis acta Soſia metuebat Romae a tresuiris in carcerem compingi. Captiuos in Aetolia peregit, et inibi ſubbaſilicanos, atque Velabrum

brum Romae inducit. Curculionis ſcenam poſuit in Epidauro, ac nihilominus Romam tranſit, et in Romanorum mores inuehitur. Sic Poenolus Calydone in Aetolia fingitur acta, et tamen Athenienſes meretriculae inducuntur ex Ceramico Οἴκῳ. Quibus ſi iidem addant, Terentiam in Andria palliata introducere Glycerium, in puerperio inuocantem Iunonem Lucinam, mitiores vtique eſſe poterunt Plauto, ac cogitare, id veteribus Poetis licuiſſe, quod nouellis Grammaticis carpere non liceat.

Ab oeconomia Comica ad mores me conuerto, quos plurimum quantum faſtidioſuli illi a Plauto violatos eſſe autumant: qui Venuſino dicto audientiam faciunt lib. 2. Epiſt. 1. v. 170.

- - adſpice PLAVTVS

Quo pacto partes tutetur amantis ephebi!

Tamquam ſi in Mercatore adoleſcens Charinus παρὰ τὸ ἦθος impatientiam amoris ſui commutet in ipſam μανίαν et furorem. At vero meo animo nihil quicquam in amantium mores peccauit adoleſcens. Nihil quippe amore inquietius eſſe, in eadem fabula fatetur ipſe Charinus. Sentiunt amoris illas ὁρμὰς prurientes adoleſcentes quiqui, ſiue in Tragoedia, ſive in Comoedia illis infeſtentur. Ecquis neſcit, Comoediam multa cum Tragoedia communiter agere, parique fortuna? Nec Plautus ideo τὸ ἠθικὸν tranſilit, quia Terentius aliis interdum moribus introducit perſonas. Vt mores in perſonis variant, ita in Comoedia, morum ſpeculo, recte prodeunt perſonae: meliores an ſint, an deteriores, nihil intereſt, modo ſuis quique moribus ſuam fingantur agere perſonam. De ſermone morato anceps valde eſt diſceptatio, num τὸ γελοῖον ſiue ridiculum illi conueniat, eoque Catones aliqui, et patrui ſeueriores riſum, et ſales omnes a morato ſermone remouent, vtpote veritati minime conſentaneos. A quibus probe ſcio, non me ſolum, ſed prudentiores quoſque diuerſum abire. Veſcantur betis fatui (optat vir grauis) viuant inſulſi, quibus diſplicent ſales: ruri degant aetatem inter raſtros et ſarcula, inter rubos ſentesque, ſtolones ipſi ac frutices, conſeneſcant, quos non delectat vrbanitas. Si quis flere, quam ridere mavult, per me licet: ſolas caepas prandeat, ſolum caenet ſinapi, ſolumque fumum bibat. Non eſt profecto ſanum ſinciput, qui Timonis mores amplexi, ringi malunt, quam ridere. Certe quidem cum nobis

bis riſum vt peculiarem Natura dederit, humanum, et naturae conſentaneum putamus, ridere potius, quam ringi, quod canum eſt, et aſellorum. RISVS autem non ſolum honeſta et liberalis, ſed etiam ſacra res eſt. Vt enim Vitulinae et Lubentiae, Laetitiae praeſidibus, Romani diuinos honores decreuerunt: ſic RISVM in Deos retulerunt Graeci, diemque feſtum inſtituerunt; et annuos ludos cum ſolemnibus ſacris ei DEO fecerunt: praecipue Theſſali, et ex iis Hypatienſes, qui veneratione cultuque ΓΕΛΩΤΟΣ ΘΕΟΥ valde celebres et inſignes exſtiterunt. Lycurgus quoque ſeueriſſimae ac rigidiſſimae author diſciplinae, RISVS marmoreum ſimulachrum Spartae in delubro poſuit, ſanxitque, vt ciues ſui, militiae laboribus perſuncti, ei DEO religioſe ſupplicarent. Nempe ſapientiſſimus legislator aequum putauit, et vtile, ſicuti corpora quiete refici, ita et mentes hilaritate recreari. Cui adſtipulantur Philoſophi ipſi a Zenone, quibus non ſatis fuit eloquentiam appellare virtutem, niſi riſus et vrbanitatis facultatem eodem nomine decoraſſent. Riſum ſibi comitem, et ex eo iucundum cognomen Venus adſcivit: quoniam ſine riſu eſſet Venus inuenuſta: vt et ipſae, quae Veneri ancillantur, ſine riſu eſſent ingratae Gratiae. Ex animo numquam is dolebit, cui Riſus erit propitius. Aequus fuit Riſus Democrito, iniquus Heraclito: vnde fata illorum contraria: et alterius perennes lachrymae, alterius perpetui cachinni. Adfuit Riſus naſcenti Zoroaſtri, qui vnus mortalium riſit, quo genitus eſt die, futurae incredibilis ſcientiae felici praeſagio. Riſus ad dicendum neceſſarius, non vtilis modo, vel vt languentes excitet audientium animos, vel vt infenſos deleniat, et conciliet aduerſos. Saepe Orator, quae negare non poteſt, aut defendere, tempeſtiuo riſu et cauillatione deflectit, atque alio tramittit, conieſtique in ſe teli vitat aut retundit aciem: quemadmodum bonus gladiator parua quadam declinatione motuque corporis aduerſarii petitiones eludit. Riſu ſaepe obruuntur vel eleuantur, quae contentione frangi, refellique argumentis non poterant. Ea propter nihil eſt dubitandum, tam veterem, quam nouam inprimis Comoediam iucundo veluti ac delenifico fermento ſeria Philoſophorum decreta de moribus hominum probatis vitioſiſque attemperaſſe iocis et ſalibus, quibus animos ſpectatorum retinerent, recrearentque. In

quo

quo genere PLAVTVS Graecos fabularum actores praecipue imitatus eſt: quos quidem longo poſt ſe interuallo putatur reliquiſſe: adeo vt ipſo peremto Riſus, Ludus et Iocus collacrumarint: quibus ſcilicet gentis togatae et oculos et aures praeter caeteros vnice detinuit. Eadem laude efflorait olim Philemon, quem Plautus noſter habuit authorem. De illo ſic ſcribit Apuleius Madaurenſis in Floridis: *Reperias apud ipſum* (Philemonem) *multos ſales, argumenta lepide inflexa, agnatos lucide explicatos, perſonas rebus competentes, ſententias vitae congruentes: ioca non infra ſoccum, ſeria non vſque ad cothurnum. Rarae apud illum corruptelae: et vti errores conceſſi amores. Nec eo minus et leno periurus, et amator feruidus et ſeruulus callidus et amica illudens, et vxor inhibens, et mater indulgens, et patruus obiurgator, et ſodalis opitulator; et miles praeliator, ſed et paraſiti edaces, et parentes tenaces, et meretrices procaces.* Non Philemonis modo, ſed viva haec eſt imago PLAVTI, quem omnis aetas a numerorum facilitate, et ſalium vrbanitate ſemper fecit plurimi, nec inter veteres vllus eſt repertus, qui nigro carbone eum ob hos et illos notare vmquam auſus fuerit, vnum et vnicum ſi excipias Venuſinum Poetam Horatium, quo tibicine vtuntur illi, qui parum aequi Sarſinati noſtro fuerunt, aut ſunt. Itaque operae pretium eſt, illius exigere mentem, quam hiſce verſiculis turbida vena pleno veneno fluentibus euomuit in Arte verſ. 270.

At noſtri proaui PLAVTINOS et numeros et
Laudauere ſales. Nimium patienter vtrumque,
Ne dicam ſtulte, mirati; ſi modo ego et vos
Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto,
Legitimumque ſonum digitis callemus et arte.

Quid cenſes? ſolusne igitur Horatius ſciuit inurbanum lepido ſeponere dicto? non proaui? ſolusne igitur Horatius legitimos numeros digitis callebat et aure? non proaui? Illi omnes blenni, buccones, ſaperdae? Dicam, quod ſentio. Cum intelligerem, non proauos tantum Romanorum, ſed et noſtros quoque maiores multo ſanius aequiusque de ter maximo Comicorum et olim et hodie tuliſſe iudicium, e veſtigio indignatio iuſta hoc mihi extorſit hexaſtichon, quod Horatianis cauillis opponerem:

ROMV-

ROMVLIDVM proaui PLAVTINOS et numeros, et
Laudauere ſales. Nimium petulanter vtrumque,
Ne dicam ſtolide, damnat Venuſinus, acerba
Bile tumens, praeferri alios, poſt terga relicto
Seſe. Quem proaui, et patres mirantur, auique,
Illum ſuſpendant naſo petulante nepotes?

Salibus et iocis Plautinis quamquam ex Thurni potiſſimum
nittae ſpeculo Poetarum Diatriben ſingularem deſtinauimus:
loco tamen de facetiis Comicis attingenda nonnulla ſunt, a
quam de numeris et dictione Plautina quid ſentiendum ſit, e
feram. Merito profecto veteres illi Quirites ob iſta ſingula, q
Flaccus inique cauillatur, impenſe admirati ſunt PLAVTV
cui iſtuc proprie datum fuit, vt ab inuidia et a ſibilo intac
ſemper e theatro diſceſſerit: quorum in vtroque acerbiore et
quiore fato ſeſe vſum querulo ore ultro fatetur ipſemet TERE
TIVS. Quod mihi et audiant velim ii, qui ſine cauſa Pla
infeſtiores facti hunc Terentio ſuo poſtponere non dubitaru
Obſecro vos! Vnius hominis iudicio num frigebunt ſales Plau
ni? At cuius? Illius inquam, qui calidum et frigidum flare
uit vno ore. Nonne enim alibi magnidicis verſiculis male ſui i
memor confeſſus eſt, quod dicatur

PLAVTVS ad exemplar Siculi properare Epicharmi.

Ecquid vero Siculis ipſis venuſtius, feſtivius? vtpote apud qu
natam, educatam, adultam, et excultam fuiſſe Comoediam, g
uiſſimi prodidere authores, nequicquam Atticis controuerſiam m
uentibus: aduerſus quos dandas Siculis eſſe vindicias, docti v
pronunciarunt, his adducti rationibus, quod Phormis et Epich
mus, Siculi Comici, Chonida et Magnete priores fuerint, quos
thenienſes δήμους, Megarenſes vero, Siculorum coloni, κώμ
appellarent, ex quo nomen impoſitum Comoediae παρὰ τὸ ᾀδ
καὶ τὰς κώμας, et quod iidem Athenienſes ἀντὶ τοῦ ποι
dicunt πράττειν, Megarenſes et Siculi δρᾷν, atque inde appel
ta δράματα, quae Latinis *Fabulae* nominantur. Atqui homo i
cundus (talem ipſe ſe depingit alibi) ſales Plautinos concoque
non potuit. Quid tum? Iniquum eſt, Plautum inſulſum vide
propter alieni ſtomachi faſtidium: ſuus cuique guſtus. Praete
aſparagos, vt edat carduos aſellus: et Vrbis Romanae condit
Romul

Romulus in terris, in coelo Quirinus, cum Dii caeteri alantur ambroſia, rapis veſcitur. Ne miremur ergo, Plautinos ſales nihil facere ad ſtomachum Horatii. Tritum eſt Poetae dictum:

Tres tibi conuiuae prope diſſentire videntur,
Poſcentes vario nimium diuerſa palato.

Alius fuit ſtomachus Tullii, ad cuius palatum quid ſales illi Comici fecerint, his verbis explicat: *Duplex omnino eſt iocandi genus: vnum illiberale, petulans, flagitioſum, obſcaenum: alterum elegans, vrbanum, ingenioſum, facetum. Quo in genere non modo* PLAVTVS *noſter, et Atticorum antiqua Comoedia, ſed etiam Philoſophorum Socraticorum libri referti ſunt.* Eodem ſtomacho elegantes Plauti ſales decoxit Macrobius, qui vbi impudica, et praetextata verba ſe intra iocos non relaturum dixit, ſic loquitur: *Haec res et curae et ſtudio digna veteribus viſa fuit. Et iam primo animaduerto duos, quos eloquentiſſimos antiqua aetas tulit, Comicum* PLAVTVM, *et Oratorem* TVLLIVM: *eos ambos etiam ad iocorum venuſtatem caeteris praeſtitiſſe.* PLAVTVS *quidem ea re clarus fuit, vt poſt mortem eius Comoediae, quae incertae ferebantur,* PLAVTINAE *tamen eſſe de iocorum copia noſcerentur.* Haec longaeuus ille. Iſtorum veterum ingeniorum Romanorum in ſalibus Plautinis aeſtimandis, cur non accedamus potius iudicio? quam vnius Flacci Venuſini, hominis libertini, ſententiae, qui non Plauto tantum iniquior fuit, ſed pluribus aliis praeſtantiſſimis Comicis antiquis. Lucillio, inquam, Ennio, Laberio, Accio, Naeuio, Choerilo, aliis, a quorum virtutibus ipſe longiſſime abfuit. Ad ACCIVM PLAVTVM quod attinet, ea is erat ingenii elegantia, et indolis induſtria, vt cuiuis argumento, leporum ac facetiarum abunde appingere potuiſſet, inſuper habita lenocinanti verborum ſupellectili. Sed enim is erat Romani populi Genius, vt ea auide inprimis audirent, quae quotidie faciebant. quibus hominibus qui ſe accommodabat, cogebatur ſane verba aliquot interſpargere, quae merito aliquantum pudoris mutuum ſumerent. Quin immo neceſſe erat ſcenicas has fabulas omnimodis nequitiae et procacitatis ſeminibus (vtpote quae non niſi ſtupra virginum, et amores ſcortorum referrent) affluere. Liquido id probant Auguſtinus lib. 2. de Ciuit. Dei: Lactantius Diuin. Inſtitut. lib. 6. cap. 20. Ambroſius lib. 2. Epiſt. 2. paſſim denique Arnobius, Tertullianus, Hieronymus.

-mus. Eosque verum dicere, comprobat Latinorum doctiſſimus Varro lib. 6. de L. L. cum inquit: *Obſcenum, quod niſi in ſcena palam dici non debet.* Sed id ipſum vel PLAVTVS fatebitur extrema Capteiu. qua agit cum populo, et obnixius fere deprecatur culpam, quod non vſus argumento ſpurciori, et magis ad laſciuiam facto, his verſibus:

SPECTATORES, ad pudicos mores facta haec fabula eſt,
Neque in hac ſubagitationes ſunt, neque vlla amatio:
Nec pueri ſuppoſitio, neque argenti circumductio,
Neque vbi amans adoleſcens ſcortum liberet clam patrem ſuum.
Huiusmodi paucas Poetae reperiunt Comoedias,
Vbi boni meliores fiant. Nunc vos ſi vobis placet,
Et ſi placuimus, neque odio fuimus, ſignum hoc mittite:
Qui pudicitiae eſſe vultis praemium, plauſum date.

Quare id teneamus; quo magis procacia et prurientia proponebantur Theatris, eo maiore plauſu excepta fuiſſe. Sed et hoc nobis conſtet, modeſtum plane MARCVM noſtrum prae aliis, quippe qui raro voces impudicatas profert, ſed eas ambitu loquendi, et circumitione velat. Quod vel ipſum cum a Terentii fabulis fere abſit, non eſt, cur tanto faſtu Sarſinati noſtro Afer ille anteponatur, cui ſales quidem apprime placuerunt, ſed vix obtigerunt. Nec vero me tantillum percellit Affranii illud in Compitalibus a Donato dilaudatum praeconium: *Terentio non ſimilem dices quempiam.* Talis viſus ac habitus ſi fuit Affranio, mihi quidem certe ſecus ſentientium denſam cohortem ex veteribus producere valde procliue fuerit. ſed quid opus? Quis neſcit, tam peruerſo quoſdam Criticos eſſe ſenſu, vt in tam retrouerſis et contortis iudiciis riualem nacti ſint nullum. Quales nonnullos extitiſſe legimus, qui Lucillium, Satirarum principem ſcriptorem, omnibus cuiuscumque generis poetis, quiue Menandro Philemonem, Latinisque Oratoribus Licinium Caluum praetulerint. Inter quos Hadrianus Caeſar, cum vetuſtiſſimum ſcribendi genus amaret, Ciceroni Catonem, Ennium Virgilio, Caelium Salluſtio, ſatis imprudenter antepoſuit, qui vt etiam tam praepoſteri ingenii aliquod Orbi monumentum relinqueret, Catacrianos libros obſcuriſſimos Antimachum imitando ſcripſit: quamquam et ante illum C. Caligula flagitioſiſſimum portentum, omnisque ſceleris a-

ſylum,

ſylum, quaſi non ſatis ſuperque in Deos hominesque ſaeuiiſſet, de abolendis Homeri carminibus cogitaſſe dicitur, qui Virgilii Liuiique ſcripta ex omnibus fere bibliothecis amouit, quorum alterum tamquam indoctum, hebetisque ingenii: alterum quaſi verboſum negligentemque in hiſtoria eodem animo lacerabat, quo cum ſororibus ſuis omnibus ſtupri conſuetudinem habuit, ac Ioui Capitolino comminari auſus eſt, ſe illum εἰς γαῖαν Δαναῶν translaturum. Scilicet iudiciorum iſta diuerſitas, an libertas, ab omni aeuo omnibus facile conceſſa fuit: vt ſuo cuique ingenio vel arbitrio ſibi qui melior viſus, alteri antiſtare diceretur. Neminem tamen vmquam deprehendere nobis licuit, qui primas vndiquaque Terentio Afro, toties furti ac plagii incuſato, deferret: praeriperet autem omnis elegantiae ac venuſtatis graphico artifici PLAVTO. Volcatius Sedigitus ſexto demum podio locat Terentium, at ſecundo Plautum noſtrum. Varro apud Agellium lib. 7. cap. 14. praeter mediocritatem nihil tribuit Terentio: at Plauto ex mente L. Aelii Stilonis palmam. Seruius propter ſolam proprietatem ſermonis effert Terentium: quem, quantum ad caetera ſpectat, omnibus Comicis ait eſſe inferiorem. Caius Caeſar omnem vim Comicam adimit Terentio, quae in ſolo Plauto emicat. Nimirum PLAVTVS nunc adſurgit, nunc ſubmittit: nunc protrita, nunc grandiora dicit: proponit vitia, caſtigat: quae omnia tamquam ſale venuſtiſſimis iocis adſpergit. Nec certe verum illud cognoſco, quod docto cuidam viro placuit: *Plautinos ſales, quia riſum quaerunt, veritatem, et ſermone et ſententiis amittere.* Aliter vtique iudicauit princeps ille Plautomaſtix Flaccus, qui vltro ſic effatur: *Ridentem verum dicere quid vetat? Nam riſu amoeno res amoenior nulla eſt.* Ariſtophanis riſus et ſales veritatem propterea non amiſerunt, quod, illo ipſo docto viro teſte, vna aliqua illius Comoedia maiorem ridendi ſubminiſtrauit materiam, quam omnes Plauti Comoediae. Annon Graeco epigrammate ſcite ac vere de illo circumfertur, Gratias illas, quas venuſtatis Deas eſſe voluit antiquitas, cum templum ſibi quaererent, quod immortale eſſet futurum, inueniſſe animum Poetae Ariſtophanis? Animam vero Ariſtophanis num ſedem ac domicilium mendacii ac falſitatis eſſe voluerunt Charites? Animae autem Ariſtophanis quae ſimilior, aut genuina magis extitit vmquam, atque Accii noſtri? Quid mirum igitur, Teren-

tio magis *dictioſum* in iocis fuiſſe Plautum? quippe q
mnem Atticorum antiquam Comoediam repraeſentare nobi
luit. et quidem ita, vt in quibusdam ſuis fabulis id ſibi
miſerit, vni eidemque multa ex multis veterum Atticorum Co
diis emblemata intexere, ſed ſic tamen, vt magna ex parte
ſet dicere eſſe ſua: ac Terentium magis vni eidemque Co
Graeco, Menandro inprimis, in una eademque Comoedi
adſtrinxiſſe. Praeter facetiarum tamen ſtudium et iucunda et
nea dicere vitae propoſitum fuit Plauto, et fortaſſis an m
quam Terentio: adeo vt non citra iniuriam effutiant ali
Plautum ridiculi duntaxat cauſa populo Comoedias dediſſe,
vero doctis et ſapientibus. Num praeterea caſtiores fuerint
Terentiani Plautinis, id vero diſceptari valde queat. Obſcoe
tem foedam fortean olere dicantur illa in Caniſſa, ſiue Caſin
8. v. 24. et 5. 2. v. 24. Aſin. 3. 3. v. 80. et 114. Mil. 2. 2. v
Amph. 2. 2. v. 192. et pauca alia. Quibus omnibus tamen ſi
feras vnicam Eunuchum Terentii, facile gratiam facere po
Plauto. Ecce enim; nonne Chaereae illud in Eunucho
v. 55. *peſſulum oſtio obdo*, monſtrum alit? et alterum quoqu
Liuio Andronico, ad imitationem Graecorum, Δασύπους
ἐπιθυμεῖς. in eadem fabula 3. 1. v. 36. *Tute lepus es, et p
mentum quaeris*, num obſcaenitate caret? Plura alia omitto,
vtrique Comico indulgeri debent ex ſaeculi et populi mor
Quemadmodum enim vinum generoſius eſſe non deſinit, eti
aliquot guttae ab aqua ſint inſperſae: ita Comici Poetae gra
et ſplendorem apud doctos quidem candidosque non poſſunt a
tere, etiamſi vel ſaeculi vitio aliquot maculae inſederunt.
ipſum etſi nonnulli nobis vltro largiuntur, veterique potiu
imputant Comoediae, quam Plautus ſaepe imprudens magis
tatur, et crebrius, quam Terentius, qui nouae addictior f
tamen impuratum illum ſermonem ab ephebis tironibus nec
nec audiri abſque periculo poſſe, ſumma vi iidem pertendu
vtpote qui occulte vitiorum ſemina ſpargit, donec tandem p
cum pectoris munimentum laedat, et penitus expugnet. S
enim odor ventusque cum per aurem fertur, et ad ſenſus no
propinquat, non videtur, ſed adeſt; ita nequitiarum nuda
contagem, non prius, quam ea iam infecti perſentiſcimus.
go igitur clamant laruati illi Curii, cum in Plauti Comoediis
d

dere debebant, et Terentii, in cuius fabulis eadem familia a choragis producitur) non ſit, niſi auarus ſenex, amator adoleſcens, herus iracundus, ſeruus fallax, meretrix improba, periurus leno, qui omnes quando in ſcenam prodeunt, flexibiles, atque in vitia proniores iuuentutis animos facile ad turpitudinem pelliciunt. Quidni tutius ſit, concludunt tandem caperati illi Frontones, non in theatrum ingredi, quam deteriorem e theatro regredi domum? quinimmo tanquam a Circes ac Calypſus ſpelunca procul abſtinenda fuerit lubrica aetas iuuenilis, ſuapte alioquin ingenii indole procliuior ad huiusmodi corruptelas. Heic non immerito quis exclamet: PORRO QVIRITES! Aut neſciunt importuni iſti ſuggillatores, quid ſit Comoedia, aut in furorem prorſus dati ſunt. Prius illud ſi norint, intelligent vtique, vitium illud, quod obiectant, non tam Comicis Poetis, quam Comoediae ipſi ſeſe impingere. Eſt, Liuio Andronico, et M. Tullio definiente, COMOEDIA *imitatio vitae*, *ſpeculum conſuetudinis*, *et imago veritatis.* Quamobrem qui hominum vitia Comoediae imputat, idem facit, quod turpes mulierculae, quae ſpeculo ſuo iraſcuntur, et ei maledicunt, quod formoſam non referat imaginem. Tolle libidinem, luxuriam, auaritiam, ſtultitiam, et fraudem e vita, ſuſtuleris quoque e Comoedia. Nihil illa peccat: quae peccamus, ſub alienis perſonis nominibusque indicat, eoque melius de nobis meretur, quod ſpecie blandientis caſtigat. Quin ſi ſic volunt, nullam virginem aut matronam exornatam in publicum prodire propter libidinoſos, non ſignari autem aurum et argentum propter auaros, denique non rationem collatam fuiſſe hominibus propter malitioſos, rectum eſſe videatur. Immo coeli ipſius pulcherrima ſpecies occaſionem atrociſſimo ſceleri εἰδωλολατρείας praebuiſſe credatur, in qua admirati homines ſolem, lunam, ſidera, et horum motus, et in hoc incredibilem ordinem, atque conſtantiam, et admirabiles quaſdam affectiones pro Deis illa colere ac venerari, et ſimulachra effingere, et fana conſecrare coeperunt. Minime igitur iſtis Ariſtarchis, qui cenſuram ſine populi ſuffragio gerunt, auſcultandum, aut actum eſt de litteris, et continuo praecipua humanitatis ſtudia perierint. Traducentur per ſubſellia et cathedras ſcholarum Ilias Homeri atque Odyſſea, propter adulterium Paridis, procorumque intemperantiam: fruſtra Virgilius ſi-

bi ex virginali verecundia cognomen inuenerit. Sordebit et deſpuetur eius diuinum opus ob amores Didus et Aeneae? quamuis illos errori ſuo, culpaeque apud Auguſtum deprecandae, praetexat Ouidius, cum ait:

Et tamen ille tuae felix Aeneidis author,
Intulit in Tyrios arma virumque thoros.
Nec legitur pars vllae magis de corpore toto,
Quam non legitimo foedere iunctus amor.

Quare perſpicuum iam eſt, eos, qui in theatrum nos vetant accedere, vbi a Comicis Poetis proſtituuntur homines vario vitiorum ſtigmate notabiles, aliud nihil ſuo edicto praecipere, quam vt ex vniuerſo Orbe emigremus. Quis enim hominum coetus, quae ciuitas, quae in terris natio tam beata, vt iis ſe carere gloriari poſſit? Quis erit exilio locus? an nos relegabunt in earum vrbium aliquam, quas eſſe habitarique in Luna Colophonius ſomniauit Xenophanes? Quanto ſatius eſt, intenta in hoc vitae ſpeculum mentis acie aliorum mores intueri, vt, quae recta videbuntur, ea conſectemur, quae praua, fugiamus? Homericum Vlyſſem admiramur, quod variis erroribus per totum decennium, magno cum diſcrimine iactatus, multarum gentium mores viderit, amplioremque ei tribuimus laudem, quod πολύτροπος, quam quod πτολίπορθος exſtiterit. Nobis adeunda non ſunt tot pericula, quot Vlyſſes ſubiit, vt diuerſa hominum noſcamus ingenia: nihil neceſſe eſt extra caueam aut orcheſtram peregrinari: hic ſedentes et ſecuri minimo diſcemus negotio, quomodo declinare turpia, et honeſta valeamus adipiſci: neque ſolum quomodo nobis, verum etiam quomodo noſtris opem feramus, et fortunae medeamur incommodis. Nam illa nobis deeſſe non debet, quam mutis animantibus largita eſt natura prudentiam. Scarus piſcis naſſae incluſus non fronte conatur erumpere, ſed crebris caudae ictibus naſſae aditus laxat, atque ita retrorſum euadit: cuius periculum ſi ſcarus alius adſpexerit, apprehenſa mordicus cauda, ſolet nixus erumpentes adiuuare. Simillima eſt Comoediarum ratio, ex quibus et mutuum licet ſumere auxilium et exemplum. Age praecepta bene viuendi nonne mollius fabellam auribus animiſque adoleſcentulorum inſtillant, quam rigidae Philoſophorum ſcholae, multoque auidius arripiuntur, ac tenacius inhaereant? Quin etiam

mirum

mirum quiddam hic accidit, vt, quae inimica eſt virtuti, eius conciliatrix fiat voluptas, iuxta aureolos illos ſagaciſſimi Poetae verſus:

Ac veluti pueris abſynthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flauique liquore,
Vt puerorum aetas improuida ludificetur
Labrorum tenus, interea perpotet amarum
Abſynthi laticem, deceptaque non capiatur,
Sed potius tali tactu recreata valeſcat.

Equidem Comoediae, vt falcis vinitoriae, vſusfructus, quae eſt multiplex. Quemadmodum enim vinitor cum quid in aduerſum preſſa manu deſecare vult, cultro falcis vtitur: cum retrahere, ſinu; cum alleuare, ſcalpro: cum incauare, roſtro: cum ictu caedere, ſecuri: cum in anguſto expurgare, mucrone: quae omnia ſunt vnius eiusdemque falcis opera: Ita qui volet turbidum vitae genus contemplari, ſpectet motoriam: qui tranquillum, ſtatariam: qui leuibus et turpiculis gaudebit, tabernariam, et mimum: qui rerum perſonarumque dignitate, praetextatam adhibeat fabulam. Quippe in ſpecies commutatur et formas innumerabiles Comoedia, nec eſt verſutior rota ſigularis: vt Plautus noſter ait.

Credo equidem, prius cauillum Flaccianum de ſalibus ac iocis Plautinis robuſte ſatis a nobis eſſe repreſſum: reſtat, vt etiam ſatis faciamus alteri, de ſermone, numeris, phraſi, ac dictionibus Plautinis, vt quid de iis ſentiendum, intelligant ii, qui iniquam eapropter de Plauto noſtro opinionem imbiberunt, ab illis vtplurimum ſiniſtre forte perſuaſi, qui ne per tranſennam quidem Plauti Comoedias vmquam inſpexerunt.

Ac cum ſermo Comicus conſiderari debeat, vel vt numerorum menſura vinctus ac ligatus eſt, vel vt eſt ab ea ſolutus, et prorſus, quae vtriuſque ratio ſit in Comoediis Plautinis, ſuccincte indicandum fuerit.

De numeris quidem metricis abunde expoſui mentem meam in methodica ſingulari commentatione, ad frontem Comoediarum Plautinarum commodum annexa: eoque parcius hunc locum heic attingam. Non ſemper metris vſos Comicos veteres, ſed *clodo*, vt

 loquitur

loquitur Gildas, *pede* in ſcenam ſaepe prodiiſſe, certo cognitum habemus. Primus namque Crates Athenienſis demto metro Comoediam in ſoluta oſtendit oratione. Poſtea in *numeros* quidem incluſerunt orationem ſuam, ſed vt profitetur Plautus noſter in ſuo epitaphio, *innumeros* et liberiori lege vinctos: adeo quidem, vt de Terentio inprimis ſubdubitarint multi, inter quos θαῦμα illud ſaeculi prioris E R A S M V S, num aliquod operae illi pretium factent, qui in Comicis, adeoque et Terentio metrorum iuncturam curioſius exquirere velint. Quam ſententiam nullo modo approbandam eſſe, innuit cauillo ſuo Flaccus, laudabile proauorum de Plautinis numeris iudicium vltro prodens, quamquam non ex ſuo ſenſu. Scilicet Romanorum proaui numeros Plauti laudauerunt. Scripſit igitur numeros laude dignos: quorum legitimum ſonum nos digitis callemus et aure. *Innumeros* ipſe vocat, ob libertatem, ſicuti alibi declarauimus, numerorum: quos ob eam cauſam Fabius *claudicantes* appellat, damnatque Terentii potiſſimum ſcripta ideo, quod non intra trimetros verſus ſteterint. Iniurie; meo animo: quia Comici nulla certa lege arctari volunt in numeris ſuis concinnandis. Verum interim eſt, trimetros longe plures in fabulis ſuis adhibuiſſe Plautum, quam Afrum illum: et hoc nomine a proauis Romanorum vnice dilaudatum, firmiſſime credo: nec propterea pluribus vel hanc eius laudem exaggerare, vel iniuriam numeris Plautinis a Flacco inuſtam acrius propulſare animus eſt.

De ſermone, et phraſi, quod reſtat, breuiter quoque ſubnectam. Nimirum in ſermonis elegantia palmam facile meruit, nullis vel veterum, vel recentiorum ingratiis: quam illi ſplendide decreuit L. Aelius Stilo Praeconinus, M. Varronis praeceptor, cuius nobile illud praeconium circumfertur: *ipſas M V S A S, ſi Latine loqui voluiſſent, non alio, niſi Plautino ſermone loquuturas fuiſſe.* Et huiuſdem diſcipulus ipſe Varro, togatorum doctiſſimus, eandem palmam Plauto in ſermonibus defert, celebri illo dicto apud Nonium Marcellum: *In argumentis Coecilius poſcit palmam: in etheſin Terentius: in ſermonibus P L A V T V S.* Diſpariles de hoc iudicio Varronis virorum doctorum inuenio ſententias: e quibus equidem plurimum delirare illos arbitror, qui pro *argumentis* nobis ſubſtituere ſatagunt *patheſin:* in quibus Caecilius praeter cae-

teros

teros inſignis fuit habitus, vt notat idem Varro apud Cariſium in fine libri ſecundi. In vtroque namque, et argumentis, et ciendis affectibus facile excellere potuit. Hoc vero loco, vt recte monuit eruditiſſimus Voſſius, per *argumenta* Comicae ſcriptionis primaria virtus intelligi debet, ipſa ſcilicet fabulae inuentio, atque artificioſa diſpoſitio, in qua Varro Caecilium indulgentius et Plauto et Terentio praefert. Atque ob hanc quidem cauſam exiſtimo Horatium dicere, *Caecilium vincere reliquos grauitate*, quae ſita eſt cummaxime in rerum omnium concinna oeconomia, atque diſpoſitione. Caeterum argumenti iſta grauitas vt merito tribuitur Caecilio, ita eidem non iniuria Latinitatis elegantia abiudicatur a Cicerone, qui iccirco eum appellat *malum Latinitatis authorem:* quamquam Fabius nitorem iſtum Caecilio, aliisque, non tam ipſis illis authoribus defuiſſe ſcribat, quam temporibus. Vt vero Caecilio in argumentis palma datur a Varrone, ita in ἤθεσιν Terentium praefert Plauto: non aliam, credo, ob cauſam, quam, vti ſuperius monui, quia Terentius incidit in illa tempora, quibus noua Comoedia ad maiorem peruenit perfectionem. P L A V T V S vero veterem acrimoniam tanta moderatione nondum attemperauerat: eoque non tam conſpicue vbiuis τὸ ἦθος ſectatus fuerat, atque Terentius poſtea: in quo eadem de cauſa Varro apud A. Gell. 7. 14. *mediocritatem* laudat. Conſtans porro hoc eſt iudicium Varronis, quod Plautus in ſermonis Latini elegantia ac puritate omnes alios, adeoque et Terentium, ſuperauerit: de qua laude nihil illi decerpi poſſe, quaſi coniuratim omnes qua veteres, qua recentiores ſtatuerunt: quorum praeconia ſeorſim collegi, neque huc nunc iam congero. Tantum moneo, nullam idoneam eſſe rationem, cur ad imminuendam elegantiae laudem in lingua Latina, ſermones illos, in quibus Varro palmam concedit P L A V T O, nonnulli interpretari non dubitent de ſalibus Plautinis, quos tamen ipſos quoque cum Venuſino acerbius notare ſolent. Alibi Varro L. Aelii Stilonis iudicium ſuffragio ſuo approbauerat, M V S A S Latino ſermone P L A V T I loquuturas fuiſſe. Dicemusne igitur, Varronem in Plauto alium ſermonem Latinum altero hoc ſuo dicto commendare voluiſſe? Memini vero Terentium quoque in ſocietatem huius laudis trahi, quem ſcilicet ob *proprietatem ſermonis* vnice extollit Seruius. Nimirum Terentiana proprie-

tas illa ſermonis Latini, eſt ipſius Plauti, a quo Terentius illam hauſit. Terentii igitur haec laus a virtute Plauti noſtri profecta eſt.

At priſca, obſoleta, ac fere deſita verba, minime nobis vſurpanda, immo et Graeca, quin et Africana, ſiue Punica Latinis ſaepe immixta in Plauto reperiri, dictitant aliqui.

Talia quidem nobis hodie videntur, inquam ego: quae olim minime caſca aut obſoleta fuerunt. Sed nec Terentius ab iisdem abſtinet: ac ne quidem ipſe pater eloquentiae Tullius. Quae igitur culpa Plauti, ſi quae ſcenae, ſuo ſermoni, ſuo Genio conueniunt, in Theatro protulit? Et tamen adeo plaeraque illa obſoleta ſunt, vt quamuis ante duas ferme ſaeculorum myriades pronunciatae fuerint in ſcena, vernaculis hodie linguis noſtris, formulisque quarumcumque nationum examuſſim reſpondeant.

Abſit igitur crimen ab aetate ſermonis, cuius vis et norma loquendi eſt ſolus vſus. Quodſi quaedam hodie obſoleuerunt, ea non vt noſtra, ſed vt antiqua frequentemus. Diſcernendae inquam fuerint aetates, quae ſingulae ſibi proprium quid vendicant in ſermone, vti argentum et aurum in probis nummis ex vſu recepto. Quis ignorat, vnumquodque ſaeculum ſibi aliquid priui in ſermone ſelegiſſe, quod poſterioribus faſtidio fuit? Nonne Latiniſſima illa formula *Contumeliam facere*, qua vſus fuit Plautus, ac poſtea Terentius, ſimia Plauti, itemque Q. Metellus, aliique, Ciceronis aeuo improbata fuit in Antonio? Pariter iudicandum de pluribus aliis, quae nunc iam prudens omitto.

Concludam igitur hunc locum aureo monito optimi Eloquentiae magiſtri Fabii: *Verba*, inquit, *a vetuſtate repetita*, *non ſolum magnos aſſertores habent*, *ſed etiam afferunt orationi maieſtatem aliquam*, *non ſine delectatione. Nam et authoritatem antiquitatis habent*, *et quia intermiſſa ſunt*, *gratiam nouitatis ſimilem pariunt. Sed opus eſt modo*, *vt neque crebra ſint haec*, *nec manifeſta: quia nihil eſt odioſius affectatione*, *nec vtique ab vltimis*, *et iam oblitteratis repetita temporibus.* De Graecis et Punicis verbis quod ingerunt eadem moderatione accipi debet: non inter barbaros omnino homines ea prolata olim fuiſſe, ſed linguarum illarum

oppido

oppido ſcientiſſimos: quibus proin voluptati ſummae eſſe potuerunt. Neque enim togatae omnes fuerunt Comoediae Plauti, ſed palliatae pleraeque, et alterius interdum nationis, alieno ſole calentis. Linguis igitur peregrinis riſus commodum in ſpectaculis fuit commouendus: quae ita tamen peregrinae dicendae ſunt, ut a nobis Graeca pariter et Punica aeque atque Latina hodie capiantur. Quid multa? Criminatio haec quidem certe Plauti ſumma laus erit: niſi forte Ennio Poetae vitio vortas trilinguem peritiam, qua et Latine, et Oſce, et Volſce loquutus eſt, eoque nomine tria dictus fuit habere corda. Quidni igitur Vmber noſter et Romane ſimul, et Graece, et Punice loquatur? quas ille linguas, vt ſuas, exacte didicerat.

FINIO tandem hanc noſtram de vita, ac ſcriptis M. ACCII PLAVTI Diatriben: in qua pro diuina laude tanti Comici non omnia fortaſſisan dixi, quae debui, quae potui, idque prorſus deliberato ac lubenti a me factum fuit conſilio: eo quod omnium ſaeculorum iudicia anquiſite admodum et curioſe tamquam per tabulas conquiſiui, quae inſtar fortiſſimi arietis opponi deinceps poterunt iis, qui, cum ne per tranſennam quidem Comoedias tam illuſtris, tam docti, tam diſerti, tamque faceti, et vrbani Comici oculis ſuis vſurparint vmquam, ex inſcitiae typho ad Terentianam ſeſe potius conferunt ſcenam. quam Plautinam, non intelligentes, Afrum illum, ad puritatem ſermonis Latini, quam in eo non iniuria admirantur, numquam perueniſſe, abſque elegantiae patre M. Accio Plauto fuiſſet. Vnde vnice effectum eſt, vt in hanc laudis communionem cum Plauto adſcitus fuerit Terentius: adeoque vnum qui extollat, commendet vtrumque. Vnusque ſuis ipſorum temporibus, quod ad loquendi rationem pertinet, ſatis fecit, prout recte iudicauit olim vir ſummus: qui alibi tamen pronunciat, ſola fortuna factum, vt Terentius aliquandiu praelatus fuerit Plauto, quemque nihilominus idem praedicat vt *vere - Comicum:* at Terentium non niſi vt *loquutorem:* quippe qui dum affectaret puritatem ſermonis Plautini, diſceſſerit ab ea, quam praeſtare oportuit comitate. Plautus namque rebus verba accommodat: Terentius vero res verbis applicare maluit. Atque hoc qui non intelligit, aut fatetur, ei

lubens ego ſuggeſſerim illud Graeci Comici: Ἀμαθὴς γὰρ ἔφυς, καὶ φιλολόγος, οὐδ' Αἴσωπον (Πλαῦτον) πεπάτηκας, οὐδὲ Τερέντιον. De vtroque tandem Comico, ac cum maxime Plauto, quid amplius ſenſerint, qua Romani proaui, qua memoriae recentiorisque aetatis myſtae, dexterrime exponent plurima doctorum virorum ELOGIA: ad quae nunc iam te, Lector Plautophile, tamquam ad delenificas epulas L. M. Q.

INVITO. ROGO. AD-
VOCO.

IOACHIMI

IOACHIMI CAMERARII,
PABEBERGENSIS,
AD
FRANCISCVM CRAMMIVM,
SAGANVM,
DE
FABVLIS PLAVTINIS
EPISTOLA.

Dum tu terras et maria obis, et mandatas res exequeris, nos hic, vt ſolemus, conceſſo otio vtimur, dum licet: et ſtudia ac litteras noſtras colimus, quaſi diu multumque vſus aliquis harum futurus ſit. facimusque ſimiliter in hac parte, quemadmodum in re familiari Graecum epigramma faciendum eſſe praecipit, vt tanquam ſemper haec duratura ſint, ita colligamus atque condamus adiumenta artium bonarum, in opinione etiam, fore, vt a poſteritate promantur ea, quae a nobis repoſita atque conſeruata ſint. Sed iidem, vt verum fatear, ita his ſtudiis fruimur, et ea in augendo et amplificando eſt incuria noſtra, quaſi omnia mox interitura ſint. Sed de euentu, vt par eſt, permittantur DEO omnia. De noſtris autem rationibus iudicium eſto bonorum. In quas dupliciter inquiri poſſe video. Primum, vt dubitetur, an omnino talia ſcripta, qualia nunc publicamus, pietatis et religionis ſtudio, quod praecipuum eſſe debet, conſentanea eſſe videantur. Secundo, vt quaeratur, cur non aliis potius in libris tantum diligentiae et operae poſitum ſit. Ego vero, cum de vtroque me iam ante accurate diſſeruiſſe confidam, in

praeſentia

praeſentia poſſum breuiter haec explicare. Neque enim ego is ſum, quem pudeat ſuae artis: neque reperio, quam ſpem eruditionis faciam vlli, absque cognitione vtriuſque linguae, Graecae ac Latinae. Hae vero quomodo perdiſci potuerunt, neglecta et inobſeruata proprietate vtriuſque? Atque id eſt profecto, quod omnibus temporibus, etiam illis, quibus ſtudia doctrinae maxime viguerunt, pauciſſimi praeſtantes eruditione viri reperti fuerint. Non defuit illis quidem naturae et ingenii bonitas, non fugerunt plerique etiam induſtriae et ſtudii laborem. Haec autem neglectio corrupit rem, quod non curarunt, ne ſuae quidem linguae proprietatem intelligere atque perſpicere. Ex hoc et diuerſitas ac diſſimilitudo ſermonis nata, et diſſidium ſententiarum ortum, et tandem doctrina omnis, poſthabita eruditione litterarum, deprauata fuit. Haec ſcio neque ſatis intelligi, et derideri a plurimis. Sed quid nos in referendis et approbandis rationibus noſtris aliud poſſumus aut debemus facere, quam vt ea commemoremus, quae nos animaduertimus atque notauimus? Quae ſane videantur leuia, niſi omnium aetatum atque temporum exemplis confirmantur, quibus manifeſtum ſit, veritate orationis non cuſtodita ſecutum hoc eſſe, vt eruditio litterarum contemneretur: et ita mox doctrinam degenerare coepiſſe, et tandem penitus fuiſſe corruptam. Nam quam etiam Reipub. calamitatem attulerit hoc malum, nunc non diſputabo, ne quis veluti θέσιν hanc declamitari a me exiſtimet. Doctrinam quidem bonarum artium et ſtudia ſapientiae non ſolum dignitatem conciliare rebus humanis, ſed ſalutem etiam et incolumitatem praeſtare in terris, cui perſuaſum non eſt, erga illum eſſet alia diſputatione opus: quam hoc tempore et argumento ſuſcipiendam non putauimus. Sit igitur hoc demonſtratum, neque ſine doctrina vitam recte et laudabiliter degi, neque doctrinam ſine eruditione litterarum conſiſtere, neque hanc vllam eſſe absque Graecae et Latinae linguae cognitione, neque percipi illas poſthabita proprietatis conſideratione poſſe. Quae ſi vere collegimus, conſequens erit, ab iis quorum prouincia eſt litterarum doctrina operam, quae in ſcriptorum talium, Plautinorum praecipue, ſi Latina lingua diſcenda ſit, explicatione ponitur, non male, ac potius praeclare et vtiliter ſumi. Plautina enim ſcripta quo minus cura quaſi concinnata, et arte elaborata

ſunt,

ſunt, eo manifeſtius atque certius in his proprietas et natura ſermonis Latini conſpicitur. Haec autem duobus praecipue continetur: verborum ſimplicium vero vſu, et inter ſe iunctorum debita conſtructio. In priore ſignificatio ſingulorum, in poſteriore ſenſus animi declaratio ſpectatur. Itaque illa vocabulorum, haec figurarum in loquendo cura et obſeruatio eſt De quibus indicandae rei gratia tantum nos dixiſſe ſatis ſit. Alterum videri poſſit ad explicandum difficilius. Quomodo enim non diſcrepabunt haec ſcripta a doctrina pietatis et religionis, cum ſiue ſacrorum ſeu profanorum mentio fiat, ſumma in his leuitas, et omnia falſitatis ac errorum plena eſſe reperiantur? Quid ego dicam de iis, in quibus delicias faciunt autores iſtorum ſcriptorum? iocos inquam illos obſcoenos, et turpitudinem extremam, qua non modo aures piae laedantur, ſed animi etiam ſaucientur et voluntas deprauetur, et cupiditates malae excitentur. Poterant plura enumerari contraria ſanctiſſimis praeceptis, et ſalutaribus monitis pietatis et religionis, quae comprehenſa ſunt et tradita in his ſcriptis. Et vt verum fatear, huiusmodi cogitationes me non parum aliquando conturbarunt. Sed, vt opinor, vere reſponderi et expedire haeſitantem hoc poteſt: Non proponi, ſi quid eſt talibus ſcriptis expoſitum, improbe aut turpiter dictum vel factum, ad ſequendum et exprimendum, non magis quam parricidia et adulteria Tragica: ſed potius ad execrandum et deteſtandum atque refugiendum, cum aliis in conſiderationibus, tum praecipua irae DEI atrociſſimae, qua ignorantes ille veritatis, eos, qui in hoc mundo eſſe vellent praeſtantiſſimi virtute et ſapientia homines, ad eam paſſus eſt peruerſitatem prolabi, vt de nefariis flagitiis et foediſſ. turpitudine iocos ludosque facerent: vtque congregarent iis temporibus, quae diuino cultui eſſent conſecrata, omnes vtriusque ſexus, cuiusque conditionis et aetatis ciues, ad haec dedecora vitae atque morum audienda ac ſpectanda. Quod ſi iam aliquem, qui iſta legit, quaſi titillarit voluptas et libido, vt, ſi cui videatur fortunatus fuiſſe Agamemnonii coniugii atque regni ſubſeſſor, is paululum ſe tanquam rationis remigio inhibeat, et finem intueatur, illaque tam ſcelerum quam flagitiorum ἐπιχείρια, ac poſtea ſtatuat, quid de his ſentire et amplecti conueniat. Nam vt DEVS impunitam eſſe audaciam ſcelerum non ſinit, ita neque petulan-

tia flagitiorum caret ſupplicio, ſiue immania vtraque ſint, ſeu communis vitae huius peccata. Quod ſi cui ſingulorum correptio et poena minus manifeſta eſt, is hanc omnium, quibus mendacia potiora ſunt veritate, miſeriam intueatur, caecitatis animorum, tam in iudicii peruerſitate, quam voluntatis deprauatione. Qui, etſi non eſt eis obſcura ſententia DEI, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες, ἄξιοι θανάτου εἰσὶν, οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσιν, vt inquit Paulus. Haec igitur horribilia ſunt, neque ſunt occulta, ſed manifeſta et ante oculos. Vt autem ſi quis inconceſſo alicuius matronae amore flagrans ſciat ſe in inſidias delatum eſſe, et verſari in periculo, ne deprehendatur ἐπ' αὐτοφώρῳ, nunquid illum non magis tam cupiditas extimulatura, ſed impendentis exitii metus ad curam ſalutis ſuae conuerſurus eſſe videatur? Similiter et haec dum audiuntur et leguntur, aſſit hic ſenſus irae DEI, et metus iuſti ſupplicii: atque ille pruritus facile reprimetur. Aut ſi in aliquibus hoc non fiet, et erunt ii pauci numero, et plane deplorati quidam, et ἀδόκιμοι τὸν νοῦν. Sed aetas, inquiat aliquis, puerilis, cui tu iſta potiſſimum apparas, incautior et imprudentior eſt, et leuior, quam talia vt cogitet et perpendat. Diſcere haec igitur pueros volumus, et iubemus tradi diligentius, quam illa, quorum cauſſa proponuntur, ſermonis nimirum naturam et proprietatem vt perſpiciant. In quo ſi quid iam forte delinquatur, non noſtra haec culpa futura eſt, ſed illorum, quibus hoc onus incumbit, vt ſcholaſticis muneribus eos praeficiant, qui recte et ordine adminiſtrare omnia ſciant. Atque vtinam haec damna morum auerti, et iſta vitia emendari poſſent, quibus iam conſuetudine et more laeditur educatio et inſtitutio puerilis, publice ac priuatim, non modo exemplis tam externis quam domeſticis, ſed praeceptis etiam traditionum quarundam, quibus manifeſta quaedam πλημμελήματα ſanciuntur. Hoc illud eſt, quod huius ſaeculi corruptio indies fit maior: vtque diſciplina omni ſoluta, audiantur quidem alicubi praecepta et monita pietatis, religionis, virtutis, continentiae, moderationis, caſtitatis: ſed cum inde ſuam quisque eunt diuerſi domum, nullus eſt illo pacto ſicut illa iuſſerant, ſecundum Plautum noſtrum. Quid ita? Quia omnis

mnia aliter fieri, et pleraque non modo in improbitate et turpitudine animaduerſionem effugere, ſed approbationem inuenire cernuntur. Reprehenditur ebrietas: et hoc mox inter pocula recitatur eſſe factum, et continuatur nihilo minus. Quid alia? fraudes, impoſturae, luxus? An pro inhoneſtis iam habentur? Immo contra haec ipſa propoſitae editiones, eos qui exercent protegere ac tueri videntur. Non poſſum in dolore, neque debeo hoc loco, de his plura dicere. Sed haec eſt profecto occaſio omnis deformitatis, et criminum aetatis noſtrae: qua niſi enicuiſſet lux veritatis, iamdudum in tenebris oppreſſa omnia, et confuſa iacerent fluctuantia in errorum quaſi vndis, et tandem illiſa ſcopulis, veluti nauis, quae pelagi iactatur gurgite vaſto, diſſiparentur, et disiecta interirent. Sit noſtrum opus paruum: eſt enim initii, quod ſpeciem habere, aut magnum videri non ſolet. Hoc tamen agimus, et hoc conamur, vt id quod diſcendum eſſe credimus, recta via et ratione doceatur. Oſtenduntur bona ſaeculo noſtro eximia. haec ſi non appetere neque conciliare ſibi homines voluerint, quid aliud exiſtimem futurum, quam mox vt amiſſa cum ingenti dolore et miſeria, fruſtra requirant: οὐδὲν, vt ait Xenophon, τὸ μὴ λαβεῖν τἀγαθὰ οὕτω χαλεπὸν, ὥσπερ τὸ λαβόντα στερηθῆναι λυπηρόν. Confirmanda autem eſt mens in hac parte, ne fluctuet, neu haereat in dubitatione, qua fieri poſſet, vt aliquando grauiter et periculoſe commoueretur. Nam conturbatis rationibus animorum, atque iudiciis obſcuratis, mirabiles errores ſtabiliri, et abſurdiſſima ſaepe dogmata afferi ſolent. Scimus quaeſitum fuiſſe a veteribus quoque, eruditis illis et doctis viris, cultoribus religionis Chriſtianae, vtrum permittenda eſſet lectio librorum eorum, quos a veritatis cognitione alieni quocunque argumento compoſuiſſent, Graece hos ſecundum Paulum τοὺς ἔξω vocarunt. De quo alii aliter. Nam ii, quibus illae ἀναχωρήσεις καὶ ἀφορισμέναι μοναὶ, et eximiae ἀσκήσεις in cohercenda appetitione naturali placuerunt, hoc genus lectionis prorſus a ſuis remouerunt. Ideo max. quod non carerent illa ſcripta voluptate quadam leniter titillante animos, quos aſſuefieri ad ἀπάθειαν oporteret: ita enim habitum quendam vocarunt, quo hoc fieret, vt cogitatio

tio neque laetitia quaſi diffiueret, neque triſtitia contraheretur, reconcinnantes ad ſuae profeſſionis formam Stoicum dogma. Alii aequiores, non repulerunt quidem ab his libris Chriſtianos: ſed et quo conſilio atque propoſito illi legi, et quo modo ac attemperatione pueris proponi deberent, diſſeruerunt. Cum prioribus illis ſi quis diſputare vellet, longa eſſet et varia oratione opus futurum. Et multi etiam totam illam ſeparationis προαίρεσιν non probant, et in hac ſuperſtitionem implicitam eſſe negari non poteſt. Hoc ſane fatendum, ſi quis ſapientum et eruditorum veterum ſcriptis ad malarum cupiditatum fomenta, aut etiam incendia abutatur, et ita lectioni indulgeat, ſtudio eum occupari indigno vitae et moribus et ſententia Chriſtiana. Sed propter hoc vitium lectionem librorum iſtorum omnino damnare, eſt eiusmodi, vt ſi quis propter libidinoſam aliquorum et prurientem ſpectandi imagines mollius atque venuſtius pictas intentionem, cenſeat vndique ab omnium oculis et aſpectu imagines eſſe amouendas. Immo tollatur voluntatis illa peruerſitas, et cum mens veritate doctrinae ad amorem caſtitatis conuertatur, tum affectiones omnes animi diſciplinae ſeueritate refrenentur: ita poterit et hic ſpectator, et ille lector etiam, ſuauitatem quandam intuendo et cognoſcendo percipere, neque honeſtatis, neque pietatis, neque vtilitatis expertem. Nam quod ad ἀπάθειαν iſtam attinet, γοητεία eſt haec quidem, dum praeſtigiis quibusdam eum qui homo ſit, facere conantur, vt non homo eſſe videatur, vſque adeo, quemadmodum laudans hanc Euagrius inquit, καλῶν διεγραμμένα, ſecundum Paulum, vt etiam ferarum natura induatur, τῆς δὲ ἰδίας παρατραπείσης, καὶ τῆς γνώμης λοιπὸν οὐ συμβαινούσης ἀνθρώποις. Quod quidem neque rectum, et deforme ac omnino pernicioſum eſt, id de hac opinione iam corroborata manauit, vt de eccleſiaſticis ſtudiis diſciplinae bonarum artium excluderentur: ita doctrina ſublata, et introducta barbarie, poſtquam iam tanquam in Troianorum caſtris Homericis, οὐχ ἦεν ὁμὸς θρόος οὐδ' ἴα γῆρυς, ἀλλὰ γλῶσσ' ἐμμέμικτο, quo tandem Eccleſiaſtica res reciderit, videmus. Sed de his neque breuiter dici poteſt, neque prolixe nunc quidem debet. Cum illis autem alteris, in hoc plane conſentimus,

mus, neque inconſiderate pueris iſta ſcripta proponenda, neque temere ab vllo legenda, et accurate atque prudenter cum enarranda, tum cognoſcenda eſſe. In aliis quibuſdam rationes ipſorum minus videntur eſſe explicatae. Sed hoc nobis ſatis eſt, quod dant, et legenda, et in ſcholas proferenda eſſe: idque accipimus, et quod addunt, circumſpecte et caute: id vehementer etiam laudamus. Atque vtinam hac in parte cum voto noſtro eorum voluntates congruerent, quorum et ſententia ac autoritas in conſtituenda hac reipubl. parte plurimum valet: et eae ſunt copiae ac vires, vt ſuſtinere atque perficere poſſint, quicquid ſuſceperint ac voluerint. De quo tamen cum in hac et rerum perturbatione, et hominum ſolicitudine, et temporum miſeria, quid ſperem non habeam: ſi meo qualicunque labore inſeruirem patriae, et pueritiae ſtudia dirigerem, et adiuuarem conatus tam ingredientium, quam alios deducentium in haec exordia eruditionis litterarum et doctrinae, vnde ad omnem ſapientiam et virtutem procedi, et cum ad ciuiles adminiſtrationes, tum verae religionis atque pietatis reſpectum ac cultum praeparari animi ſolerent, atque poſſent: hanc inquam operam diligentiae et laboris mei, et DEO gratam, et noſtris hominibus vtilem, fructuoſamque fore credidi. Confidoque etiam alios bonos, et ab humanitatis ſenſu non abhorrentes, neque improbaturos iudicio ſuo, rationes et lucubrationes iſtas, et fauore quoque perſecuturos eſſe. Sed

Ταῦτ' εἰς θεὸν χρὴ πάντ' ἀναρτήσαντ' ἔχειν.

Nos eo, vnde digreſſi ſumus, reuertamur. Manemus in ſententia, ſtudia vtriuſque linguae excolenda eſſe: et eſſe hanc viam ad ſcientiam et veritatem, quibus et cultus DEI, et hominum communitas continetur ac durat etc.

HENRICVS STEPHANVS
IN
DISSERTATIONE
DE
LATINITATE PLAVTI,

poſt diuerſi generis animaduerſiones, quibus aliquas editiones Plautinarum fabularum emendari poſſe iudicauit, ita commentatur:

Latinitas Plautina eiusmodi eſt, vt etiamſi omnes mendae ex eius comoediis tollantur, infinita remanſura ſint, quae negotium nouis lectoribus faceſſant. Ex his autem pleraque cum aliis priſcis ſcriptoribus communia, quaedam etiam ſibi peculiaria habet. Eorum, quae communia eſſe dico, maximam grammatici partem poſſint ſuppeditare, illi inquam grammatici, qui de verborum veterum ſignificationibus ſcripſerunt: ideoque lectorem quibusdam monitis, quae illum cautiorem reddant, inſtructurus, in iis potius immorabor, quae Plauti, aut ſi non eius tantum, at certe magis eius, quam aliorum fuiſſe videntur, id eſt, quorum vſu illum magis, quam ceteros delectatum, mihi ſit veriſimile. Fieri tamen non poterit, quin aliqua eorum etiam, quae tradita ſunt ab illis, quos dixi, attingam; ſed quorum illi ſigillatim, ego generatim mentionem faciam.

Quod ſi a ſcriptura initium ſumendum eſt, *o* pro *u*, vt *ſeruos* pro *ſeruus*, et *volt* pro *vult*, ſaepe in hoc ſcriptore, ſicut et apud alios veteres, inueniri ſciat: vnde etiam natos eſſe errores, in ſuperioribus docui. Praeterea litteram *t* pro *ſ* in verbo *pultare* inueniet, cuius meminit Fabius, ſicut et verbi *mertare*. De inſertione autem litterae *d*, in meo de Latinitate falſo ſuſpe-

cta

ſta libello, dictum a me fuit, pag. CLXVIIII. vbi *ted* pro *te*, et *med* pro *me*, ſequente vocali, atque alia habes. Addere autem illis potes *medecum* et *poſtidea*. Pronomina autem, praeter illas adiectiones notas, ſyllabae *ce:* vt in *hicce*, *huiusce*, etc. vnde *hiccine:* nec non ſyllabae *met*, in *egomet*, *tumet*, habent quamdam in nonnullis huius libri locis, non itidem vulgarem, ſyllabae *pſe*, in *eapſe*, et *eampſe:* vt in poenulo, act. I. ſc. II. *propudium*, *quaſi bella ſit*, *quaſi eampſe reges ductitent.* Quin etiam particulam *dum*, alicubi adiici moneo. Nam vt *iteradum* antea vidiſti, ſic etiam *pultadum* in moſtellaria legitur - - *pultadum fores*, et paullo poſt, *euocadum aliquem foras.* Eſſe autem videtur ea ipſa vocula, qua Plauti etiam poſteri vſi ſunt, cum dixerunt *agedum*, pro eo, quod Graeci ἄγε δή. Sed alicubi ſic verbis iuncta reperitur, vt cohaereat, alicubi ſeparata ab illis invenitur. Atque, vt voces, quarum a me facta fuit mentio, videri nouae poſſunt, ob litterae mutationem, et quaedam ob litterae, quaedam ob ſyllabae aut voculae alicuius adiectionem, ſic etiam nonnullae ob ſyncopen: vt *ſiris*, pro *ſiueris*, in Epid. act. III. ſc. III.

Sed praeter haec inuenturus alia eſt nouus lector, et quidem varia, quae miretur, tam in nominibus, quam in verbis. In quibusdam nominibus aliam, quam vulgo terminationem, vt in *voluptabilis*, *incogitabilis:* item *amicabilis*, *ignorabilis*, *impetrabilis:* et quidem data etiam alia ſignificatione nonnullis, quam eius poſteri dederint. Quibus addi poteſt *vtibile.* Item in alio terminationis genere, *ridicularia*, *praeſentaria*, *manifeſtaria res*, *ſubitaria.* Eamdemque in adiectiuis terminationem inueniet, quae ex omnimodis ſubſtantiuis facta ſunt: vt *theſaurarii fures*, et *aurarium negotium*, et *argentaria inopia*, ſicut *argentariam curam* dixit Terentius. Subſtantiua etiam quaedam mirabitur: ex quibus eſt *cruciabilitas*, et in quibuſdam alioqui vſitatis numeri pluralis vſum, vt *inſatietates*, *induſtriae:* quin etiam in illo ipſo, quod poſſe mirum videri modo dixi. Nam et *cruciabilitates* numero multitudinis dicit. Nouus illi videbitur et ſuperlatiui gradus in quibuſdam ſubſtantiuis vſus: praeſertim cum eorum nonnulla ne poſitiuum quidem, vt vocant, alibi vſitatum habeant. Legimus enim apud eum *verberabiliſſimus*, in aulularia, act. IIII. ſc. IIII.

item *ſpiſſigradiſſimus*, in Poenulo: et quibuſdam aliis locis, qu memoria mihi non deſignat, *occiſiſſimus*, et *excluſiſſimus*: qu quod ex participiis facta ſint, magis etiam mira videri quean At de *oculiſſimus*, quod ex nomine factum eſt, et pro quo legit etiam *occluſiſſimus* quodam in loco, dicendum et alibi erit. Ne vero minus inſolens in quibuſdam nominibus fuerit comparatiu gradus: veluti cum dicit *confeſſiorem*, in Bacchidibus, *confeſſi rem ſoricina nenia.* Verum vt quamdam ſubſtantiuorum femin ni generis vetuſtatem adtuli, quae noua videri poterit, ſunt enh vetuſtiſſima quoque illis noua, quibus ſunt inaudita, ſic etiam cu iuſdam nouitatis exempla in nonnullis neutrius generis ſubſtantiu priſcae linguae, et Plautinae praeſertim, vſitatis, proferam. Ta lia autem ſunt, *deſidiabulum* et *mendicabulum*, nec non *diſpoli bulum.* Horum primum illud in Bacchid. legitur, actu III. ſc. I

Egone ut haec concluſa geſtem clanculum? vt celem patrem,
Piſtoclere, tua flagitia, aut damna, aut deſidiabula?

mendicabulum autem exſtat in aulularia,

- - nam iſtos reges ceteros
Memorare nolo, hominum mendicabula.

At vero *diſpoliabula* puto in quibuſdam codicibus legi eo ipſo i loco, vnde paullo ante adtuli *deſidiabula.* Obſeruandum eſt au tem, alium vſum his et aliis huiuſmodi nominibus dari, quan vulgo habeant, cum nec locum ſignificent, vt *proſtibulum* de lo co etiam dici exiſtimatur, nec inſtrumentum. vt *venabulum.*

De diuerſa quorumdam declinatione mentionem nullam feci nec de iis, quae hic ex priſci itidem ſermonis regula, alio ge nere efferuntur, cuiusmodi ſunt, *arcus*, *tergus*, et *dorſus*, cum apud grammaticos ſparſim ſaltim inueniantur. Ad eoſdem vero non ſolum ad diſcendam priſcam quorumdam nobis vſitatoru ſignificationem, cuiusmodi ſunt, *adſiduus*, *ſuperſtitioſus*, *factio*, e *factioſus*, nec non *ſenium*; ſed etiam aliorum, quae prorſus ob ſoleuerunt, cuiusmodi ſunt, *diuidia*, *cordolium*, *titiuilitium* ve *textiuilitium*, *lamberare*, *ſimitu*, lectorem remittendum cenſui. Sed quantum ad vocem *latrones* adtinet, hoc celare illum nolui, idem ei vſu veniſſe, quod Gallicae *ruſtres.* Cum enim priſca Gallorum lingua quoddam militum genus adpellaret *ruſtres*, poſt

ea

ea de iis dici coepit, qui tali ingenio praediti ſunt, vt illorum plerique latrones euadant.

De hoc quoque monebo, nomina nonnulla eſſe, quae priſci Latini ſecus ſcripſerint, non ſolum ea, quibus in alio genere, aut etiam alia declinatione vtebantur, veluti cum *arcus* et *dorſus* et *acinus*, et *gutturem* dicebant: item *ſolae* et *aliae* in dandi caſu, pro noſtris *ſoli* et *alii*, ſed genus et declinationem retinendo. Ex eorum autem numero eſt *vacivus* pro *vacuus*: in Pſeudolo,

Fac ſis vacivas, Pſeudole, aedes aurium.

Dum autem mutati generis mentionem obiter facerem, recordatus ſum nominis *quis*, quod apud hunc ſcriptorem, ſicut et apud alios quoſdam eius temporis, de femina quoque diceretur.

Ne hoc quidem praetermittam, quaedam adiectiua, quae nunc genitiuo iungantur, olim ablatiuo iuncta fuiſſe. Ex illis autem eſt *expers*. Vt in Amphitruone:

Eo more expertem te factam adueniens offendi domi.

Atque hac conſtructione non antiqui ſolum ſcriptores, ſed ex antiquariis etiam nonnulli ſunt vſi.

Ad verba ex nominibus iam nunc transeundum eſſe cenſeo: ne, ſi de his pergam dicere, vt certe multa dicenda reſtant, cum mihi parum et temporis et loci ſuperſit, illa, portione ſibi debita, quod ad tractationem adtinet, fraudare cogar: praeſertim cum hanc longe illa prolixiorem eſſe neceſſe ſit. Quamuis autem multa huc pertinentia mihi in mentem non veniant, tamen vel ea, quae ſuccurrunt, quomodo in tam anguſtum ſpatium contrahere, pars enim eius etiam ſpatii, quod reliquum eſt, alii ſermoni ſeruanda eſt, et quomodo iis, qui in comici huius lectione non tirones ſunt, ſed potius veterani, ſatisfacere poſſim, neſcire me fateor. Verum ſi non his, illis ſaltim, in quorum gratiam haec ſcribuntur, vt a me ſatisfiat operam dabo.

Mirabitur ergo tiro noſter, donec exercitatus fuerit, actiuam vocem in quibusdam verbis, quibus nos in paſſiua tantum vtimur, vt in *contemplare*, et in *ludificare*: quorum hoc in mercatore, illud in milite legitur, itidemque *venerare*, et *arbitrare*. Mirabitur et quoſdam infinitiuos, cuiusmodi eſt *expugnaſſere*, in Amphitr. quod pro expugnaturum eſſe, poſitum exiſtimatur.

Mirabitur fortaſſis et ſyncopas: qualis eſt illa, cuius antea mentionem feci, in *ſiris* pro *ſiueris*. Cui ſimile eſt, *adiuro*, pro *adiuuero*, in illo Ennii verſu: *O Tite, ſiquid ego adiuro, curamue leuaſſo*. Vbi vide etiam *leuaſſo*, vt huic ſimilia obſerues. Mendoſe certe *dicaſſis* in Curculione legitur, pro *dicax ſis*: ſicut alibi *ſubdolaſſis*, pro *ſubdola ſis*. At vero *faxo* et *dixo* minus noua illi fuerint.

Mirabitur etiam paſſim compoſita verba pro ſimplicibus poſita, et quidem non eiusmodi, qualia ſunt ea, quibus et nos ſimplicium loco vtimur; ſed *adſtare*, pro *ſtare*, et *adformidare*, pro *formidare*, *concaſtigare*, pro *caſtigare*, *conceſſare*, pro *ceſſare*, *conſuadere*, pro *ſuadere*: nec non *condonare*, pro *donare*. Viciſſim aliqua ſimplicia pro compoſitis: vt *ſoluere aliquem*, non vno in loco, pro abſoluere, et a ſe dimittere, perſoluto illi eo, quod debebatur.

Nec dubito, quin mirus ei futurus ſit et frequentatiuorum pro primitiuis vſus: vt *retentare*, pro *retinere*, in aſinaria: et *placitare*, pro *placere*, in Bacchid. act. IIII. ſc. X. *Neque placitant mores quibus*, etc. Quin etiam *paritare*, pro *parare*, in mercatore. At vero *quaeritare* et *negitare*, alicubi pro primitiuis poſita eſſe, alicubi etiam frequentatiuorum ſignificationem retinere videri poſſunt.

Quin etiam nonnulla verba, quibus poſteri, praeter quoſdam antiquarios, tamquam neutris vſi ſunt, adcuſatiuo iuncta inueniet, et quidem nonnulla adcuſatiuo pronominis, vt *penetrare ſe*, pro *penetrare*.

Magis etiam quaedam ex imperſonalibus facta perſonalia, vt *poeniteo* et *pudeo*, mirabitur.

Praeſertim vero conſtructiones quaedam admirationem illi mouere poterunt. Siquidem non ſolum *fungi* et *potiri* et *frui* adcuſatiuo hic iunguntur, quas conſtructiones Terentius plane nouas eſſe non ſinit; ſed etiam *conuenit*: vt *aetatem aliam aliud factum conuenit*, in mercatore. Inueniet praeterea *faſtidit mei*. Et, *rebus curem publicis*, in trinumo. Quin etiam *orare cum aliquo*, pro *orare aliquem*, in Curculione et Caſina.

Partium

Partium ceterarum orationis vſum, id eſt, quae priſca ſcriptoris huius Latinitas ſibi peculiaria in eorum vſu habeat, examinare, non vacat: alioqui in pronomine cum alia obſeruanda proponerem, tum vero voculae *ſibi*, nec non vocularum, *me*, *te*, et *ſe* pleonaſmum, et voculae *ille* emphaſim. In praepoſitionum etiam quarumdam, nec non aliarum particularum vſu, nonnulla obſeruatione digna adferrem, ac praeſertim de particula *quod* praemonerem: quin etiam de multis et loquendi generibus et vocibus lepidiſſime a Plauto confictis, cuiusmodi ſunt *bibeſia* et *peredia*, item *vlmitriba*, et *pultiphagus*, nec non *fuſtitudinae*, *ferricrepidinae inſulae*, nec non de multis locis agerem, in quibus ex ambiguo vocis alicuius vſu iocatur: nec de quibuſdam locis, quos poſteri Plauti ſcriptores imitati eſſe videntur, tacerem; ſed haec alii loco et tempori reſeruare, et tractatum hunc breui de helleniſmis huius comici ſermone claudere neceſſe habeo.

Antequam tamen ad helleniſmos veniam, lectorem monebo, quaedam in palliatis comoediis ſecus dici, quam in togatis dicerentur. Veluti cum Romani ſeu generalius Latini vocantur *barbari*, Graecorum arrogantiam imitando. Sic *barbarica lex*, pro Romana, cum item *philippeorum*, non ſeſtertiorum fit mentio. Sic etiam vbi voces *machaera* et *phylaca* vſurpantur: vbi denique alia, quae ſuum non minus apud Latinos, quam apud Graecos nomen habent, Graece adpellantur. Quaedam enim ad res Graecis quodammodo peculiares pertinentia, vt magiſtratuum nomina, *agoranomus*, *demarchus*, *comarchus*, minus videri mira poſſunt. Item vbi leges Graecae recitantur: denique vbi legimus, *pone pallium:* talia, vt in palliatis comoediis dici cogitandum eſt, quarum nomina vix, niſi petita venia, Latinis commutabantur. Cum autem palliatae comoediae in plerisque rebus ſolerent ἑλληνίζειν, non mirum eſt rariores etiam quoſdam helleniſmos in earum ſermone reperiri: adeo quidem, vt et negatio duplex, pro vna, Graecorum more, poſita inueniatur. Quem helleniſmum, ſi et in illo Terentii loco agnoſcamus: *faciunt ne intelligendo, vt nihil intelligant*, multo expeditior haec via, quam alia vlla fuerit.

Nomini *res* datur alicubi ſignificatio Graeci χρῆμα: qualis apud Ariſtophanem eſt, τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν. Item *plures* ita dicitur, vt οἱ πλείονες, de mortuis. Nec non *tantum eſt*, vt τοσοῦτόν ἐστι, pro nihil vltra. Item duobus verbis *dignum habeo* iunctis infinitiuo, exprimitur ἀξιῶ; alicubi autem *dignum arbitror* dicit. *Vti pari fortuna* eſt ὁμοίᾳ χρῆσθαι τύχῃ. Nec non hic, *te vtar iniquiore*, repraeſentatur vſus verbi χρῆσθαι. Item haec verba, *dico tibi*, compellando eum, qui non audire, aut etiam diſſimulare videtur ſe audire, imitantur Graeca λέγω σοι. Neque vero hoc, *dii immortales mercimonii lepidi!* in moſtell. aliter dictum eſt, quam ὦ Ζεῦ τῆς λεπτότητος τῶν φρενῶν. Nec *male formido* ſecus, quam κακῶς δέδια. Sic in his, *pulchram pulchre* audimus Graeca καλὴν καλῶς, et in his, *peſſimorum peſſime*, iſta, κακίστων κάκιστα. Nec dubitat *magis dulcius* ita dicere, vt Graecum μᾶλλον interdum comparatiuo iungitur.

IO. PETRI MILLERI

CHRESTOMATHIA PLAVTINA.

Fabulae Plautinae primis ſuis litteris v. c. Amph. (*Amphitruo*) Aſin. (*Aſinaria*) etc. deſignantur. Ex numeris primus *actum*, ſecundus *ſcenam*, tertius *verſum* denotat.

A.

A, (Ab) *efficit periphraſin genitiui, vel adiectiui, ſi reſpicias ad poſſeſſionem, familiam, patriam, etc. v. c.* a me, *i. e. e domo mea*, Stich. V. 1. 17. Pſeud. II. 4. 45. a nobis, *i. e. e domo noſtra*, Mil. II. 3. 68. Merc. IV. 2. 8. a lenone, *in lenonis domo*, Poen. V. 3. 132. *et* Pſeud. I. 2. 69. a ſene, *in domo ſenis*, Mil. II. 1. 76. a milite homo, *i. e. homo, vel ſeruus militis*, Mil. II 2. 5. eſſe ab illo, *i. e. ſeruum illius*, Curc. III. v. 82. *Vſurpatur etiam pro* quoad, *vel*, quantum attinet, *v. gr.* ab ingenio improbus, Truc. IV. 3. 59. a me pudica eſt, Curc. I. 1. 51. a morbo valui, ab animo aeger fui, Epid. I. 2. 26. a pecunia haud perbene valere, Aulul. II. 2. 9. *pro*, ante, *v. g.* ab oſtio iacere, Ciſt. IV. 1. 7. auſcultare aliquid ab oſtio, Merc. II. 4. 9. *pro* de, *vel* ex, *v. g.* adducere quem a naui, Amphit. II. 2. 219. et ibid. III. 3. 12. a malo peculium facere, *i. e. ex verberibus et plagis*, Moſt. IV. 1. 6. *pro*, praeter, *v. g.* ab re conſulere, *i. e. praeter rem et contra vtilitatem*, Trin. II. 1. 12.

Abditiuus, *ſeiunctus*, *ſeparatus*, Poen. Prol. 65.

Abduce, *pro abduc*, *antique*, Curc. V. 3. 14. Bacch. IV. 9. 108. et alibi.

Abiegna ſors; Caſin. II. 6. 32. *Moris autem erat apud veteres, ſortes coniicere in vas aliquod cum aqua, vel ſine aqua, ſi prius ſiebat, ſortes eſſe buxeas debebant, ne ſupernatarent.*

Abiudicare quid a quo, *i. e. per ſententiam et iudicium auferre.* Rud. V. 1. 3. *et* IV. 4. 100. Abiudicare ſe a vita, *conſciſcere ſibi mortem.* Aſin. III. 3. 17.

Abominare, *pro abominari, antique*, Trin. III. 2. 82.

Abſcede *ſis*, Poen. I. 2. 162. ſuſpicio te abſcedit, *i. e.* a te, Epid. II. 2. 100.

Abſentes, *pro mortuis*, Caſ. *prol. v.* 20

Abſiſtere, *de loco decedere*, Truc. II. 6. 32.

Abſoluere aliquem, *expedire negotium alicuius, eumque dimittere*, Curc. III. v. 84. Epid. V. 1. 24. Pſeud. IV. 7. 133. *hoc primum te abſolue*, Men. V. 2. 30.

Abſorbere aliquem acerrume. *de meretricibus dictum.* Bacch. III. 3. 67 *it.* III. 1. 5.

Abſque te eſſet, *i. e. niſi tu eſſes*, Bacch. III. 3. 8. abſque foret te, Trin. IV. 1. 13. *quod abſque hoc eſſet*, Capt. III. 5. 96.

Abſtare, *procul, ſeu longius ſtare*, Mil II. 2. 46.

Abſtinere ſe, Mil. III. 1. 49. et alibi. Abſtinere aliquem aliqua re, Amph III. 2. 45.

Abſtulo, *pro aufero*, Fr. Rud.

Abſtrudere colaphos in cerebro alicuius. Rud. IV 3. 68.

Abſumedo, *fictum ab abſumendo*, Capt. IV. 3. 3.

Abuſa, *paſſiue*, Aſin. I. 3. 44.

Abuti, *cum accuſat.* Bacchid. II. 3. 126. Perſ. II. 3. 10. Trin. III 2. 5.

Accendere ſenem in lecto, *de amica*, Stich. IV. 1 66.

Accepti atque expenſi ratio inter nos conuenit. Moſt. I. 3. 146.

Acceptor, *approbator.* Trin. I. 2. 167.

Acceptrix, Truc. II. 7. 18.

Acceptum ſatis eſt, *i. e. compertum et firmum eſt*, *veluti datis fideiuſſoribus et ſponſoribus*, Moſt. I. 3. 67.

Acceſſio quid tibi huc eſt in concilium? Trin. III. 2. 83. quid tibi ad haſce acceſſio eſt aedis prope? Truc. II. 2. 3.

Accibo, *ab accire*, Mil. III. 3. 61.

Accidit mihi aures ſonitus paternae vocis, *i. e. ad aures*, Stich. I. 2. 31.

Accipere litem ad ſe, *i. e. ſuſcipere*, Moſt. V. 2. 23. accipere aliquem miſeris modis, Aulul. IV. 4. 3. accipere quem, *ſcil. in conuiuio*, Moſt. I. 4. 6. *et alibi*; accipi inter oratores, Stich. III. 2. 38.

Accipiter pecuniae, Perſ. III. 3. 5.

Accongerere dona, Truc. I. 2. 17.

Accreduas, *antique*, *pro credas.* Aſin. V. 2. 4.

Accubare, *tricliniare verbum*, Aſin. V. 1. 3. Bacch. I. 1. 48. *et alibi*; *de concubitu.* Bacchid. I. 1. 39.

Accubuo, *aduerbium fictum ridiculi cauſſa ab accubare*, Truc II. 4. 68.

Accumbere ſcortum, *i. e. ad*, vel *cum ſcorto*, Bacch. V. 2. 71. Men. III. 2. 11. *et* 5. 9. 82.

Accurare, *accurate operam dare*, Trin. I. 2. 42. accurare rem, Perſ. IV. 1. *v.* 1. *et* 3. hoſpites, Epid. V. 1. 55. accurato et properato opus eſt, Mil. III. 2. 210. accuratum habere aliquid, Bacch. III. 6. 21.

Accuraſſis, *pro accuraueris*, Pſeud. IV. 1. 29.

Accuſare *aliquem aliquid*, *i. e. propter aliquid*, Trin. I. 2. 59.

Accuſitare, *ab accuſo.* Moſtell. III. 2. 23.

Acetum, *pro prudentia*, Bacchid. III. 3. 1. aceto acerbo cor linere, Truc. I. 1. 77. cum aceto et ſale prandere, *i. e. per quam tenuiter. Solebant enim milites, et vilis plebecula, aqua aceto mixta ſitim reſtinguere. Sal autem condimentum ciborum, quin tenuiorum, qui praeter panem et ſalem nihil habebant, obſonium fuit.* Rud. IV. 2. 32.

Acheruns, *inferorum fluuius*, *dictus ab ἄχος et ῥέω, quod maerore ac triſtitia fluat; ponitur pro mortuorum receptaculo*, Amph. V. 1. 26. Acherontis oſtium, Trin. II. 4. 124. Acheruntìcus ſenex, Merc. II. 2 19. Acheruntìcus capularis, Mil. III. 1. 32. Acherontis pabulum, *i. e. ſenex*, Caſ. II. 1. 12. Acheronte, *pro*, *in Acheronte*, Poen. I. 3. 22. Acheronti,

ti, *aduerb.* Capt. III. 5. 31. Acherontem, *pro, in Acherontem,* Moſt. II. 2. 68. Acheruns vlmorum, *i. e. cuius tergum vlmos vorat, vt Acheruns animas defunctorum*, Amph. IV. 2. 9.

Achilles, *pro fortiſſimo. Achilles enim, Pelei et Thetidis filius, omnium Graecorum apud Troiam fuit fortiſſimus.* Mil. I. 1. 61. Achilles Ariſtarchi, *tragoedia ab Ennio latine conuerſa,* Poen. *prol. v.* 1. Achilli, *pro Achillis, antique.* Bacchid. IV. 9. 14.

Aciem orationis contra conferre, Epid. IV. 1. 20.

Ad, *praepoſ. inſeruit comparationi, v. c.* ad ſapientiam huius nimium nugator fuit, Capt. II. 2. 25. ad tuam formam illa vna digna eſt, Mil. IV. 1. 21. ad ſummos bellatores acrem fugitorem fore, Trin. III. 2. 97. *ponitur pro, apud, v. c.* in libertate eſt ad patrem. Capt. III. 5. 41.

Adaeque, Caſ. V. 1. 3. *adaeque, vt*, Ciſt. I. 1. 57. *adaeque atque* Capt. V. 4. 3.

Adaxint, *pro adegerint*, Aul. I. 1. 11.

Adbitere, *antique, pro adire,* Capt. III 4. 72.

Adcongerere, *vi.* Accongerere; *vbi quoque alia his litteris incipientia inuenies.*

Addicere, *de praetore dicebatur, quum in iure ceſſio fiebat, in emancipatione, in adoptione, etc. vt enim praeco addicebat rem venditam; ſic praetores addicebant bona, poſſeſſiones, res, quae petebantur, imo ipſos homines.* Poen I. 1. 58. *Hinc etiam* Addicti, *qui, quum non eſſent ſoluendo, creditoribus addicebantur,* Bacch. V. 2. 87. addictum tenere, Poen. III. 4 10. *addicere ſe alicui*, ibid. V. 6. 24.

Adduce, *adduc*, Aſin. II. 2. 88. Poen. I. 3. 15. *et alibi.*

Ademſit, *pro ademerit.* Epid. III. 2. 27.

Adeo vſquedum, Aſin. II. 2. 62. adeo donicum, Pſeud. IV. 7. 72. adeo vſque vt, Bacch. III. 4. 10. adeo dum, Merc. *prol. v.* 78.

Adeſurire, Trin. I. 2. 132.

Adfectare, *et alia ſimiliter incipientia, vi. infra in* Aff.

Adicere, *adiicere*, Poen. V. 4. 1.

Adiutabilem operam dare, Mil. IV. 4. 8.

Adiuuat, *pro, iuuat, prodeſt*, Capt. II. 1. 8.

Admigrare, *pro accedere*, Perſ. III. 1. 19.

Adminiculum danere alicui aliquem, *pro, adminiculo dare,* Moſt. I. 2. 48

Admiſſe, *pro admiſiſſe*, Mil. IV. 7. 4.

Admoderarier ſe riſu, Mil. IV. 2. 81.

Admodum quam ſaeuus eſt, Amph. I. 3. 43.

Admoenire oppidum, *pro, obſidere*, Pſeud I. 4 150. *et* II. 1. 12. *pro, ad moenia admouere*, Ciſt. II. 2. 5.

Admolirier, *pro adniti*, Rud. III. 1. 7.

Admordere aliquem, *i. e. damno adficere*, Perſ. II. 3. 15. *pro adroriri*, Pſeud. IV. 7. 24.

Admutilare aliquem, *i. e. tondere*, Mil. III. 1. 173. Capt. II. 2. 19. *admutilare vſque ad cutem*, Perſ. V. 2. 48.

Adoneum, *pro Adonin, Adonis autem, Veneris delicium, Cynirae, regis Cypriorum filius fuit.* Men. I. 2. 35.

Adorea, *pro laude*, Amph. I. 1. 38.

Adparare, adpellare *etc. vi. infra, in* App.

Adſcriptiuſ ad legionem, *milites, qui extra numerum ſcribebantur,*

bantur, vt pereuntibus ſuccederent. Men. I. 3. 2.

Adſentari, adſerere, *etc. vi. in* Aſſ.

Adſtare prope, Epid. V. 2. 9.

Adſtringere ſe furti, *ſcil. crimine*, Rud. IV. 7. 34.

Aduentor, Aſin. II. 2. 91.

Aduertere animum ad animum alicuius. Mil. I. 1. 39.

Adulterare, *i. e. adulterinis modis agere*, Bacch. II 3. 34.

Aeacidinae minae. *vi.* Minae.

Aegrotant in te artes antiquae tuae, Trin. I. 2. 34.

Aegyptus, *regio Africae, Palaeſtinae ad auſtrum ſubiacens, Arabiae ad occaſum;* Moſt. IV. 3. 2.

Aequa lege, Ciſt. II. 1. 56.

Aeque ac, Bacch. II. 2. 36. aeque atque, Caſin II. 1. 41. aeque quam, Epid. II. 3. 2. aeque ſi, Bacch. II. 2. 37.

Aerumnam exſequi, *i. e. in aerumna eſſe*, Capt. II. 1. 1. aerumnam grauem obſerere in aliquam, *i. e. parere alicui aerumnam*, Epid. IV. 1. 30. obiicere aerumnam, Epid. II. 1. 10.

Aeſchrodora, *nomen meretricis, ab* αἰσχρὸς, turpis, *et* δῶρον, *donum*, Pſeud. I. 2. 62.

Aeſculapius, *Apollinis filius, artis medicae inuentor, ac deus creditus*, Curc. II. 2. 20. Men. V. 3. 9. Aeſculapii fanum, Curc. I. 1. 14.

Aeſtiue viaticatus, *qui viaticum tam leue habet, quam ſunt veſtes aeſtiuae.* Men. II. 1. 30.

Aetatem, *aduerbialiter, pro ſemper*, Aſin II. 2. 8. Amph. IV. 2. 3. *et ſaepius alibi.*

Aeternus cibus, *perpetuus, et inexhauſtus*, Capt. IV. 1. 13.

Aetna, mons, Mil. IV. 2. 73.

Aetoli ciues, *Graeciae contenti gremio, vt Cicero alicubi loquitur;* Poen. III. 3. 7. Aetolicus aper, *ſiue* Erymantheus, ab Hercule caeſus, Perſ. I. 1. 3.

Aeuus, *pro aeuum, antique.* Poen. V. 4. 14.

Affectare viam aliquam, Aulul. III. 6. 39. affectare viam ad rem aliquam, Men. IV. 3. 12.

Afferre, *pro allaturum*, Curc. II. 1. 11. afferre ſe, *pro conferre*, Amph. III. 4. 6.

Afficere aliquem bonis nuntiis, Amph. *prol. v.* 8. *et* 9.

Affinis, *gener*, Aul. III. 4. 14. Truc. IV. 3. 74. affinem eſſe publicis, vel maritumis negotiis, *participem eſſe, vel, commercium habere cum etc.* Trin. II. 2. 50.

Afflere, *ab affleo*, Poen. V. 2. 149. Perſ. I. 3. 72.

Afformidare, *pro formidare*, Bacch. IV. 10. 3.

Africani mures, *i. e. pantherae*, Poen. V. 2. 51.

Agathocles, *rex Siciliae*, Men. II. 3. 58. Moſt. III. 2. 88.

Agglutinare aliquam ad ſe, Ciſt. III. 1. 17. Men. II 2. 67.

Aggredias, *pro aggrediaris, antique.* Truc. II. 1. 10.

Aggredire, *pro aggredare, antique*, Aſin. III. 3. 124.

Agitare ſat ſuarum rerum, Bacch. IV. 3. 23.

Agninam duplam danere, *i. e. duplam agninam vendere prae carne veruecina*, Capt. IV. 2. 39.

Agoranomus, *Graecum ex* ἀγορὰ *et* νέμω, *Aedilis rerum in foro venalium.* Capt. IV. 2. 44. Curc. II. 3. 6.

Ai, *ab aio, i. e. dic.* Truc. V. 1. 49.

Aiax *Telamonius, Graecorum ad Troiam poſt Achillem fortiſſimus,*

ui in furorem actus in incubuit. Capt. III. 4.

s ſubnixis ſe inferre, *i. iis vtrique lateri adpli- quaſi anſatum incedere,* . 5. 6.

, *Campaniae oppidum*, V. 2. 103.

Gr. ἀλαζών, glorioſus, *ctator*, Mil. II. 1. 8.

tibus deridere, Epid. 18. *et ſ.*

, Trin. IV. 2. 32.

aliena oppugnare bo- *e. formulis et actionibus Praetoris ſumtu, tan- iti quodam, oppugnare*, 2. 22.

nis maritima, Poen. I. *nidos faciens in maris li- edia hieme, quibus die- pus tanta eſt tranquilli- is mari nihil moueatur.* Alcedonia, Caſin. *prol.*

, *Amphiarai filius, ma- phyles, quod patrem ipſa ſet, interfector.* Capt. III.

a Euripidi, *i. e. tragoe- ripidis, quam Alcume- ſcripſit. Fuit autem Al- filia Electryonis, et Am- nis vxor*, Rud. I. 1. 4.

r, *ſiue, vt deinceps ad- eſt, Paris, Troianus, patriae ſuae.* Bacch. 23.

r M. *Macedo.* Moſt. III.

ina tapetia, *i. e. poly- plurimis liciis texta, quam primi inſtituerunt Ale- i tanta induſtria, vt pro- m maiori varietate di- entur ipſorum opera, quam u Babylonia, aut Phry- nt picta*, Pſeud. I. 2. 14.

Rud. I. 3. 33.

Algus, *pro algu*, Fr. Vidul. *v.* 9.

Alicariae, *ita meretrices dictae in Campania, quae ante piſtrina verſabantur. Alica autem eſt, quod alit corpus.* Poen. I. 2. 54.

Alienus ingenio, Capt. I. 1. 31. alio eſſe ingenio, atque. Pſeud. IV. 7. 35.

Alimoniae quaeſtus, *ae paraſitis*, Perſ. I. 2. 1.

Aliquis, *cum num. plur.* Exite huc aliquis. Epid. III. 3. 18.

Aliquos viginti dies, *i. e. circi- ter viginti dies*, Men. V. 5. 47.

Alius nunc fieri volo, *de hiſtrio- ne, i. e.* aliam perſonam in- duere. Poen. *prol. v.* 126.

Allaudabilis opera, Perſ. IV. 5. 1.

Alliatum, *cibi genus, cui allium intritum eſt*, Moſt. I. 1. 45.

Allii vlpicique plenus, *pro quo in nonnullis legitur*, allii vlpici, *i. e. cibi ſeruilis, et quo potiſſi- mum nautae Romani vtebantur, plenus.* Vlpicum *eſt allii genus, et, vt vertunt aliqui, allium Punicum.* Poen. V. 5. 35.

Allucere faculam lucrificam ali- cui, *i. e. lucri faciendi facuita- tem praebere*, Perſ. IV. 3. 46.

Alludiare, *alludere*, Poen. V. 4. 64. et Stich. II. 2. 58.

Alterae, *pro alteri, antique.* Rud. III. 4. 45.

Altilis dos, *lauta*, Frag. *Aſtrab. v.* 18.

Altrinſecus, *altera ex parte*, Mil. II. 5. 36. Merc. V. 4. 16. Pſeud. III. 2. 73.

Altroverſum, *verſus alteram par- tem*, Caſ. III. 2. 25.

Aluus, *gen. maſc.* Pſeud. III. 2. 34.

Amare (τὸ) *pro amore, vel ama- tione.* Curc. I. 1. 28.

Amaſius, *amator*, Truc. III. 1. 13.

Amaſſo,

Amaſſo, *amauero*, Caſ. V. 4. 22.

Amatorculus, Poen. I. 2. 27.

Ambadedиſſe, *pro arroſiſſe*. Merc. II. 1. 15.

Ambuſtulatum obiicere, Rud. III. 4. 65.

Amicam facere argenteam, *i. e. argento vendere*, Pſeud. I. 3. 113. amica mammeata, *pro*, *mammata*, Poen. I. 2. 181.

Amicibor, *pro amiciar*, *antique*. Perſ. II. 5. 6.

Amiciter, *clementer*, Perſ. II. 3. 3.

Amicus manubiarius, *vi.* Manubiarius.

Amiſſis, *amiſeris*; Bacchid. V. 2. 73.

Amittere, *pro omittere*. Amph. II. 2. 217. *pro dimittere*, Capt. Arg. *v.* 7. *et* Moſt. II. 2. 2.

Amnis, *gen. femin.* Merc. V. 2. 18.

Amoenitate amoena amoenus dies onerat aliquem, Capt. IV. 1. 7.

Amoliri, *paſſiue*, Pſeud. III. 2. 67. amoliri ſe, Truc. II. 7. 69.

Amos, *amor*, Curc. I. 2. 2. amoris poculum, Truc. I. 1. 22. in amoris vias ingredi, Perſ. I. 1. 1. in amoris rota vorſari, Ciſt. II. 1. 4. amoris macula ineſt in pectore, Poen. I. 1. 70. amoris prandium, *pro ipſo amore*, Truc. II. 1. 4.

Amplectere, *pro amplecti*, *antique*. Rud. III. 5. 36.

Amuſſitata indoles, *ad amuſſim facta*, Mil. III. 1. 38.

Anactorium, *oppidum Acarnaniae*, Poen. *prol. v.* 87.

Anancaeum, *videtur poculum fuiſſe magnum, quod in certamine potandi ebibendum erat, quaſi ἀναγκαῖον. Nonnulli tamen ad ſorbitionem cicutae neceſſariam ac fatalem in quibusdam Graeciae vrbibus; vel a e flumine Lethaeo, r ſtimant.* Rud. II. 3. 3

Anatina fortuna, *per ioc* II. 6. 49.

Ancipes, *pro anceps*, Rud. IV. 4. 114.

Anellus aureolus, *i. annulus aureus*, Epid.

Angere ſe animi, Epi

Angina, *inflammatio Gr.* ἀγχίνη, laqueus *quei inſtar praefocan* Moſt. I. 3. 61.

Angiportus, Moſt V. 1. IV. 2. 6.

Anguilla eſt, elabitur *bial.* Pſeud. II. 4. 57.

Anima, *pro oris halitu*, 2. 43. Aulul. II. 4. 2 *pitu inferioris gutturis* 26.

Animi pendere, *dub* Merc. I. 2. 18. anim ſare, Rud. II. 2. 1. a matum eſſe, Men. I. nimo liquido eſſe, *ſoluto et tranquillo*, Pſ 3. Epid. V. 1. 36. ani quium ſumere, *geni re*, Bacchid. IV. 10. animum adiicere ad aliquam, Merc. II. 2. mum adiicere am Poen. V. 4. 1. animu ſincera gerere, Bacc 11. animus titubans I. 1. 42. remigrat ani hi, Epid. IV. 1. 42. per oculos defit, Mil vnum animos mou Truc. IV. 1. 12. me nubila, Ciſt. 2. 1. 6.

Anno, *ante annum*, M 22. Amph. *prol. v.* 91.

Annulatae aures, *pe* Poen. V. 2. 21.

Anſatum ambulare, *br latera adplicatis*, Perſ.

Antaeus, *luctator maxim*

bya, *ab Hercule deuictus*, Perſ. I. 1. 4.

Antedeo, *anteeo*, *antique*, Bacch. V. 1. 3.

Antelogium. Men. *prol. v.* 13.

Ante prius, Trin. V. 2. 17.

Anteponere prandium, *pro*, *adponere*, Men. II. 2. 2.

Anteſtari, *erat teſte vti*, *quum iudicii cauſſa volebant manum iniicere. Si enim, qui in ius vocatus erat, moraretur, aut fruſtraretur, iis, qui proximi adſtabant, teſtimonium denuntiabatur hac formula:* Licet anteſtari? *quibus reſpondentibus: licet, memoriae cauſſa auriculas tangebant.* Curc. V. 2. 23. Perſ. IV. 9. 10. Poen. V. 4. 59. *et ſ.*

Anteuenire, Mil. II. 2. 66.

Anteuortunt mihi maerores gaudiis, Capt. IV. 2. 60. rebus aliis anteuortar, quae mandas mihi. Bacch. III. 5. 1.

Antideo, *pro anteeo*, *antique*, Ciſt. II. 1. 3. antidit, *anteit*, Trin. II. 4. 145. Perſ. V. 2. 2.

Antidhac, *pro antehac*, Pſeud. I. 1. 14. *et* II. 2. 26. Poen. III. 5. 7. *et paſſim.*

Antiochus, *rex Syriae*, *haud dubie is, cui Magni cognomen tum contigit. De hoc enim refert Polybius L. 5. 56. quod praetextu vſus, ac ſi propter ἀχοτώματα (oculorum hebetudinem) medico Apollophane indigeret, de Hermia tollendo cum ipſo conſilia agitauerit.* Poen. III. 3. 80.

Antiquum et vetus, Bacch. IV. 4. 60. Poen. V. 2. 18.

Antiquum obtinere, *more ſuo agere aut facere aliquid.* Moſt. III. 2. 103.

Antiſtita Veneria, *ſacerdos femina in fano Veneris*, Rud. III. 2. 10.

Apelles, *pictor praeſtantiſſimus Alexandri M. tempore*, Epid. V. 1. 20. Poen. V. 4. 101.

Aperibo, *aperiam*, *antique*, Truc. IV. 2. 50.

Apertare, *ab aperio*, Men. V. 5. 12.

Apiſci, *pro adipiſci*, Epid. V. 2. 3.

Apolactizare *Graec.* ἀπολακτίζειν, calcibus repellere Epid. V. 2. 13. μὰ τὸν Ἀπόλλω, ſane per Apollinem. Moſt. IV. 2. 57.

Apologus, *narratio ficta de re quadam, vt ex ea aliquid ad humana commoda deſignetur*, Stich. IV. 1. 32.

Apparare ſe, legibus parere alicuius, *adornare ſe ad obedientiam legibus alicuius praeſtandam;* Aſin. III. 3. 11.

Appellare quem illepide, *i. e. compellare*, Bacch. V. 2. 50.

Appetit meridies, *i. e. adpropinquat.* Moſt III. 1. 119.

Apponere, *verbum tricliniare*, Pſeud. III 2. 26. Trin. II. 4. 69. *pro deponere*, Poen. IV. 2. 35.

Apposiui, *appoſui*, *antique*, Mil. III. 3. 31.

Appotus probe, *de ſole*, Amph. I. 1. 126.

Approbe aliquem nouiſſe, Trin. IV. 2. 115.

Aprugnum callum, *vi.* Callum.

Apud ſe eſſe, *i. e. eſſe animo praeſente, ac non turbato*, Mil. IV. 8. 36.

Aqua intercus, *hydrops*, Men. V. 4. 3.

Aqualis, *vas, e quo datur aqua manibus lauandis.* Curc. II. 3. 33. aqualis bilibris, Mil. III. 2. 39.

Aquam aggerere, *de lenonum miniſtris, quos alias* aquarios, *vel* aquariolos *nominabant.* Poen. I. 2. 14.

Aquila, *pro aquula*, *adludendo ad aquilam Romanorum militarem*, Perſ. V. 1. 8

Aqui-

Aquilus, *i. e. fuſcus.* Poen. V. 2. 152.

Ar, *i. e. ad, antique,* Truc. II. 2. 17.

Arabia penitiſſima, *i. e. intima,* Perſ. IV. 3. 53. Arabia terra, Trin. IV. 2. 88. Arabius odor, Poen. V. 4. 6. Arabicus odor, Mil. II. 5. 2.

Araneis et inaniis oppletae aedes, Aulul. I. 2. 6.

Arare fundum alienum, *tralato et nequiore ſenſu;* Aſin. V. 2. 24.

Aratiuncula, *pro agello conducto ad arandum et colendum,* Truc. I. 2. 46.

Arbiter, *proprie is dicebatur, qui cognoſcebat cauſſas bonae fidei, quique primum ex aequo et bono aeſtimabat, quantum reſtitui deberet; et cui, ſi reus non parebat, poteſtas erat, illum in maius condemnandi.* Rud. IV. 3. 65. Caſ. I. 1. 55. et alibi.

Arbitrarem, *pro arbitrarer, antique.* Pſeud. IV. 2. 57. arbitrari potero, quid agant, *i. e. tamquam arbiter intereſſe et proſpicere potero.* Aulul. IV. 1. 21. probiores arbitrabunt, Stich. I. 2. 87. arbitrari fidem alicui, *pro habere,* Bacch. III. 6. 41. arbitretur, huic vxor, *ad arbitrium detur.* Epid. II. 2. 82.

Arcano, *aduerb.* Trin. II. 4. 117.

Architecton, *Gr.* *Architectus.* Moſt. III. 2. 73. Poen. V. 2. 150.

Arcte contenteque aliquem habere, *i. e. parce et reſtricte.* Aſin. I. 1. 63.

Arcturus, *alio nomine Arctophylax, ſtella inter pedes Bootae.* Rud. *prol. v.* 5.

Arcus bibit, *i. e. anus incurua, ſicut arcus, ſiue iris. Crediderе autem veteres, Iridem demiſſis cornibus aquam e fontibus haurire,* Curc. I. 2. 41.

Ardere flagitio, Caſ. V. 3. 1.

Ares, *Gr.* Ἄρης, *Mars,* Truc. II. 7. 54.

Argentariae, *tabernae, quae poſthac nouae dictae ſunt, et prope quas foeneratores, nec non lenones conſiſtere ſoliti.* Truc. I. 1. 47.

Argentariae elecebrae, *meretrices, ab eliciendo argento ita dictae,* Men. II. 3. 26.

Argentarii, *qui Romae argentariam faciebant, homines ditas et copioſi, permutandis aut foenerandis pecuniis perpetuo intenti,* Aſin. I. 1. 103. *et alibi.*

Argentata querimonia, *quae argentum vna ſecum adfert.* Pſeud. I. 3. 78.

Argenteolus, *diminut. ab argenteus,* Rud. IV. 4. 125.

Argus, *paſtor centum oculis inſtructus, vnde* oculeus totus *dicitur.* Aulul. III. 6. 19.

Argutari, *multum et inaniter loqui.* Frag. Friuolar. *v.* 8.

Aridum argentum, *ſolidum et ſignatum,* Rud. III. 4. 21.

Ariſtarchus, *Tegeates, tragoediarum ſcriptor,* Poen. *prol. v.* 1.

Aritudo, *ariditas,* Rud. II. 6. 40.

Ars gymnaſtica, *eiusque partes,* Moſt. I. 2. 73. *ſq.*

Artem et diſciplinam parare, *pro ſimulare, diſſimulare, mentiri, etc.* Mil. II. 2. 30.

Articulos omnes commoditatis ſcire, Men. I. 2. 31.

Artopta, *vtenſile, ſ. vas aſſandis torrendisque panibus aut placentis adcommodum,* Aulul. II. 9. 4.

Artua, *pro artus, antique.* Men. V. 2. 102.

Arundo alas verberat, *i. e. prope captus ſum, vt auis; arundo enim calamus aucupatorius viſco oblitus,* Bacch. I. 1. 17.

Arx, *Athenienſium. Athenis enim in Acropoli Mineruae aedes erat.* Bacch.

Bacch. IV. 8. 59. arx Troiana, *in qua Palladium erat, per alluſionem*, Pſeud. IV. 6. 2.

Aſia, Trin. II. 4. 198.

Aſpellere, *depellere*, Merc. I. 2. 5. Trin. III. 2. 46.

Aſportare, *pro, auferre.* Amph. I. 1. 52.

Aſſentari, *pro aſſentiri, vel obſequi.* Moſt. I. 3. 89. Amph. II. 2. 70.

Aſſentatio, *aſſenſio.* Bacch. III. 3. 7.

Aſſerere manu aliquem cauſſa liberali, *i. e. iudicio, aut actione de libertate.* Poen. IV. 2. 83. *ſq. et* V. 2. 142. Rud. IV. 3. 34. *vi. etiam* Liberali cauſſa.

Aſſiet, *pro adſit,* Pſeud. IV. 1. 16. IV. 7. 13.

Aſſimulare, *pro ſimulare*, Capt. II. 1. 28. *et* V. 4. 10. Mil. III. 3. 34. Bacch. IV. 9. 38. Men. I. 2. 37. Epid. III. 3. 39. *et alibi.*

Aſſulas facere foribus, *aſſulatim fores confringere,* Merc. I. 2. 20.

Aſſulatim, *i. e. fruſtillatim.* Capt. IV. 2. 52. Men. V. 2. 106.

Aſſum, *pro adſum; accipitur per iocum, et opponitur elixo,* Poen. I. 2. 67.

Aſtituere, *pro apponere.* Capt. IV. 2. 66. Aſtitutus in genua. *i. e. conſtitutus.* Caſin. V. 2. 49.

Aſtringere, *vid.* adſtringere.

Aſtu, *pro aſtute.* Perſ. I. 3. 68. Epid. IV. 1. 19. *aſtu atque docte,* Poen. *prol.* 111.

Aſtutiarum alicuius regio, Mil. II. 2. 78.

Athenae, Perſ. IV. 4. 1. Athenae Atticae, Epid. III. 4. 66. Mil. II. 1. 22. *et alibi.* Athenae, *nutrices Graeciae,* Stich. V. 2. 1.

Athletice valere, *i. e. optime* Bacch. II. 3. 14. Epid. I. 1. 19.

Atque, *pro ſimul atque*, Merc. III. 1. 34. *pro atque - atque*, Bacch. III. 6. 20. Caſin. IV. 4. 21. *pro ſtatim, continuo,* Amph. II. 1. 13. Capt. III. 1. 19. Bacch. II. 3. 45. Epid. II. 2. 33. *pro imo, ſ. imo vero,* Mil. II. 3. 66. Truc. I. 2. 24.

Atrabilis, *pro iracundia, vel melancholia,* Capt. III. 4. 64.

Atridae fratres, *Atrei, regis Mycenarum, filii; Menelaus, cuius vxorem Helenam Alexander, ſeu Paris, rapuit, et Agamemnon, qui exercitui Graecorum ad Troiam praefuit.* Bacch. IV. 9. 1.

Atrienſis, *ſeruus, cui cura et tutela atrii, atque adeo imaginum quoque, commiſſa erat, quique proin honeſtiore loco habebatur, atque ceteri ſeruorum.* Poen. V. 5. 4. Aſin. II. 2. 85. Pſeud. II. 2. 15.

Atritas, *ab ater, nigredo.* Poen. V. 5. 11.

Attica diſciplina, Caſin. III. 5. 24.

Attigere *pro attingere,* Aſin. II. 2. 106. Epid. V. 2. 58. Merc. I. 1. 20

Attinere teſtes vinctos, *pro tenere,* Truc. IV. 3. 63.

Attingunt haec ad rem, *pro attinent.* Merc. I. 1. 32,

Attondere, *i. e. auro emungere,* Bacch. V. 1. 9.

Attrepidare, *ſenili gradu accedere,* Poen. III. 1. 41.

Auariter, Curc. I. 2. 35.

Auceps auribus dictis alicuius, Stich. I. 2. 45. *auceps ſermonis alicuius*, Mil. IV. 1. 9.

Auctare lucro, *i. e. valde augere et locupletare,* Amph. *prol. v.* 6.

Auctionem facere, Poen. V. 6. 27. Men. V. 9. 91. auctionem praedicare, *res venales proclamare,* Stich. I. 3. 55.

Auctorem alicui rem dare, *i. e. re ipſa oſtendere,* Trin. I. 2. 70.

Aucupare, *form. actiua,* Men. IV. 1. 12. Moſt. II. 2. 42. Truc.

 V. 1.

V. 1. 72. Aucupare ex inſidiis, Aſin. V. 2. 31. aucupari, *depon. pro inquirere*, Rud. IV. 4. 49.

Audeo, *pro poſſum, aut volo*, Truc. IV. 3. 44. Men. I. 2. 40.

Audibis, *pro audies, antique*, Capt. III. 4. 86. Poen. I. 2. 97.

Audientem eſſe imperii, Truc. I. 2. 25. dicto audientem eſſe alicui, Amph. III. 4. 6. dicto imperio alicuius audientem eſſe, ibid. *v.* 8.

Aues ſquamoſae, *ridiculi gratia*, Men. V. 5. 20.

Augurare, *praeſagio mentis futura colligere; proprie quidem differt ab* augurari, *quod eſt futura veris captare auguriis, vt ex alitu volatu, cantuque.* Ciſt IV. 2. 26.

Augurum collegium, *primum a Romulo inſtitutum, ac deinde pluribus collegis auctum. Augures autem erant, qui ex auium volatu, cantu, paſtu, et tripudio futura coniectabant.* Men. I. 2. 54.

Aui ſiniſtra, *bono omine; fauſta enim erant ſiniſtra auſpicia*, Epid. II. 2. 2.

Aula, *pro olla, antique*, Aulul. *arg. v.* 3. *et* V. 1. 2. Curc II. 3. 89. aula extaris, *in qua exta coquuntur.* Rud. I. 2. 47.

Auribus perpurgatis operam alicui dare, *i. e. attente aliquem audire*, Mil III. 1. 179. aures hominum eradicare ſermonibus, *i. e. obtundere*, Epid. III. 3. 53.

Aurifex, Aulul. III. 5. 34.

Auritum facere, *i. e. attentum*, Aſin. *prol. v.* 4. auritae plagae, *pro ipſis auribus.* Mil. III. 1. 14.

Auſpicaui, *pro auſpicatus ſum, antique*, Perſ. IV. 6. 7. auſpicaui eam, *ſumſi illam, vt auſpicium mihi faceret*, Stich III. 2. 46. Auſpicio atque virtute, Epid. III. 2. 45. auſpicio atque imperio, Amph. I. 1. 37. auſpicio atque ductu, ibid. II. 2. 25. auſpicium liquidum, *i. e. certum.* Pſeud. II. 4. 72.

Autolycus, *Siſyphi, vel, vt alii volunt, Mercurii filius, qui animalium, quae furto abſtulerat, colorem mutabat.* Bacch. II. 3. 41.

Autumare, *pro dicere, narrare*, Amph. I. 1. 150. *et* 260. *et alibi.* autumantur, Poen. I. 2. 32.

Auxilium ad rem emortuum, Epid. I. 2. 14. auxilium eſſe alicui, Curc. II. 2. 17.

Axicia, *forfex ab exſicando ſeu exſecando.* Curc. IV. 4. 22.

Axitioſae, *factioſae, antique*, Fr. Aſtrab. *v.* 3.

B

Baccha, *mulier inſana, cuiusmodi fuerunt Bacchae, Bacchum in expeditione Indica comitantes, et orgia magno vlulatu tertio quoque anno celebrantes*, Merc. II. 4. 1. Bacch. I 1. 19. Bacchae acerrumae, ibid. III. 1. 4. Baccha bacchans, *i. e. furioſa*, Amph. II. 2. 71.

Bacchanal, *proprie locus, in quo Bacchae orgia ſua celebrare ſolent; accipitur pro ganeo*, Bacch. I. 1. 19. Aulul III. 1. 3. *et alibi.* Bacchanal facere in cella vinaria, Mil. III. 2. 43. *ſ.*

Badizare, *Gr.* βαδίζειν, Aſin. III. 3. 116.

Baliolus, *pro nigro. Color balius eſt color tritici*, Poen. V. 5. 22.

Baliſta, *machina militaris, qua lapides et ſaxa ingentia emittebantur ad concutiendos muros.* Capt. IV. 2. 16. *pro technis ac dolis*, Bacch. IV. 4. 58.

Balneator Neptunus, Rud. II. 6. 43.

Bara-

|, *proprie foſſa profun-*
n agro Attico, in quam
condemnati praecipites
; Rud. II. 7. 12 Bacch.
. *ponitur pro voragine*
Curc. I. 2. 29.

i. e. Latine, Graecorum
n. Prol. *v.* 11. Trin. Pr.

i. e. Italia. Poen. III.
Barbarus, pro Romano,
. 2. 15. *pro peregrino,*
. 7. 25. *pro imperito,*
. 2. 13. Barbarica lex,
ana, Capt. III. 1. 32.
ae vrbes, *Italicae*,
V. 2. 104.

rdus, ſtolidus. Epid. III.
Bacch. V. 1. 2. Perſ. II.

, *Gr. regius*; Status ba-
Pſeud. I. 5. 43. baſili-
ctiones, Capt. IV. 2. 31.
facinora, Trin. IV. 3.
ſilicum, *veſtimenti ge-*
aud dubie ſplendidum,
I. 2. 48. baſilice exor-
Poen. III. 1. 74. baſi-
re, Perſ. I. 1. 29.

poculi genus. Stich. V.

rudibus velitari, pro per-
antique. Caſ. II. 8. 60.

calceamenti genus, crepi-
abſimile, Men. II. 3.

|, *arbor in Bactriana, co-*
gra, magnitudine autem
foliis robori ſimilis, cuius
hodie bdellium vocant,
. 2. 7.

pro reficere, iuuare, Capt.
4. hoc me beat, *ſolatio*
ſ, Amph. II. 2. 12.

cantharo, *i. e. in biben-*
en. I. 3. 5.

hon, *Glauci regis filius*,
Proetus, rex Tirynthiorum,
tem hoſpitem miſit, addi-
ris, quaſi in commenda-
eius exaratis, ſed in qui-
riptum erat, vt iuuenis
quoquo pacto tolleretur, vnde pro-
uerbium: Bellerophontes litte-
ras. Bacch. IV. 7. 12.

Belli, *i. e. in bello*, Amph. II. 2. 16. domi belliqne, Capt. *prol. v.* 68.

Belligerare cum geniis, *genium defraudare, et ventri quaſi bellum indicere*, Truc. II. 1. 81.

Bellona, *Martis ſoror, et bellorum dea*, Bacch. IV. 8. 6.

Belluata tapetia, *in quibus pictae belluarum formae expreſſae ſunt.* Pſeud. I. 2. 14.

Bene, *pro valde*, Mil. II. 2. 77. bene loqui lingua, Truc. II. 1. 16. bene factum, *formula adprobantis.* Poen. V. 5. 47. Bene eſſe, *de omni vita voluptaria*; Perſ. V. 2. 69. *et alibi.*

Benedice, *aduerbium, bonis verbis.* Aſin. I. 3. 54.

Benedicere, *precari.* Mil. IV. 8. 31. *bene ominari.* Caſ. II. 5. 38.

Beneuolens, *ſubſtantiue*, Moſt. I. 3. 38. Trin. I. 2. 8.

Benignus, *prodigus.* Trucul. I. 1. 20. Epid. V. 2. 44.

Beſtia proſerpens, *i. e. ſerpens.* Stich. V. 4. 42. Perſ. II. 5. 58. Poen. V. 2. 74.

Beta, *herbae genus, litteras B, vt aiunt, figuram referens*, Pſeud. III. 2. 26.

Bibere mandata, Perſ. II. 1. 3.

Biſulcilingua, *qui duplici lingua vtitur*, Poen. V. 2. 74.

Bitere, *i. e. ire*, Curc. I. 2. 52.

Blandidicus, Poen. I. 1. 10.

Blandiloquus, Bacch. V. 2. 54. *blandiloquentulus*, Trin. II. 1. 13.

Blanditer, *pro blande, antique*, Aſin. I. 3. 69. Pſeud. V. 2. 3.

Blanditia, *num. ſingul.* Bacch. I. 1. 16. Truc. II. 7. 19. blan-

ditiae, *num. plur.* Poen. I. 1. 8.

Blatire, *incondite, inaniter, et percupide loqui.* Epid. III. 1. 13.

Blennus, *ſtupidus, ignauus*, Bacch. V. 2. 2.

Bliteus, *fatuus*, Truc. IV. 4. 1.

Blitum, *genus oleris inſipidi et fatui*, Pſeud. III. 2. 26.

Boat coelum fremitu virum, Amph. I. 1. 77. *ſeq.*

Boeotia, *regio inter Achaiam, Theſſaliam, et Euripum.* Merc. III. 4. 62.

Boia, *vinculi genus, collare, quod ex corio bubulo olim effici ſolebat.* Aſin. III. 2. 5. Capt. IV. 2. 108.

Boius, *pro Gallo*, Capt. IV. 2. 108.

Boletus, *fungi genus, ex iis, qui eſui ſunt.* Curc. V. 2. 14.

Bolus, *offa, buccella; ſumitur pro emolumento.* Bolos dare, Truc. IV. 2. 12. bolos grandes dare, Perſ. IV. 4. 106. bolo aliquem mulctare, Truc. IV. 3. 70. hominem bolo tangere, *i. e. fallere et circumuenire*, Poen. *prol.* 101. is primus bolu' ſt, Truc. I. 1. 10. *pro iactu aleae*, nimis lepide iecisti bolum, Rud. II. 3. 30. tribus bolis, Curc. V. 2. 13.

Bombax, *interiectio*, Pſeud. I. 3. 131.

Bombomachides, *fictum ex Graeco nomen.* Mil. I. 1. 14.

Bos mortuus, *pro loris et ſcuticis ex corio bubulo factis.* Aſin. I. 1. 22. bos patalis, *cuius cornua late patent.* Truc. II. 2. 22.

Brachialis neruus, *vi.* Neruus.

Brachium elephanti, *pro femore*, Mil. I. 1. 26.

Bromius, *a Gr.* βρέμειν, fremere, *Bacchi cognomen.* Men. V. 2. 82.

Broncus, *qui dentes prominentes habet*, Mil. III. 1. 128.

Bubilis, *pro bubile, antique*, Perſ. II. 5. 18.

Bubula monumenta, *pro loris ex corio bubulo factis.* Stich. I. 2. 6. exuuiae bubulae, *id.* Moſt. IV. 1. 26. corius bubulus, Poen. I. 1. 11.

Bubulcitari, *bubulcum agere.* Moſt. I. 1. 50.

Bucaeda, *qui bobus, i. e. bubulis loris caeditur; fictum.* Moſt. IV. 2. 1.

Bucca miſera, *mala et aegrota.* Poen. V. 2. 43. buccae purpuriſſatae, *purpuriſſo tinctae et fucatae.* Truc. II. 2. 35. buccas ſufflare, Stich. V. 4. 42.

Buccones, *ſtolidi*, Bacch. V. 1. 2.

Bucculentus, *fatuus*, Mercat. III. 4. 54.

Bulla aurea, Rud. IV. 4. 127. bulla, *i. e. caput claui umbellatum, et in bullae modum faſtigatum, quo ſuperbarum aedium fores configi ſolent.* Aſin. II. 4. 20.

Buſtirapus, *nefarius: conuicium.* Pſeud. I. 3. 127.

C

Cacula, *ſeruus militaris*, Pſeud. Arg. *v.* 4.

Cadere, *de muliebri patientia*, Perſ. IV. 4. 105.

Cadum vortere, *bibendo exhaurire*, Stich. V. 4. 39. cadum capite ſiſtere, Mil. III. 2. 36.

Caecultare, *caecutire*, Frag. a miſſ. *v.* 8.

Caedere ſtimulos pugnis, Truc. IV. 2. 55.

Caerulea via equo ligneo vehi, *i. e. nauigare*, Rud. I. 5. 10.

caerulei

ei campi, *mare*, Trin. 15.

ns miles. *vi.* Miles.

n linteolum, *i. e. purum* *caeſitii coloris*, Epid. II.

lora bubula, *quibus pu-* *manus innectebantur*, *qui-* *aliquando ferrum aut* *m inſuebatur*, *vt feri-* *bementius*. Bacch. I. 1.

caedere; *obſoletum*. Frag. *v.* 17.

in genere omnis ſeruus , *ἀπὸ τοῦ καλεῖν*, *quia* *vocari poteſt*. Merc. V. *Fuerunt vero etiam in-* *libertini*. Pſeud. IV. 2. id. II. 3. 5.

dentes, *i. e. probe mu-* *uique omnem viam aſpe-* *t ſcrupoſam conficiant.* . 2. 84.

iere, *i. e. calculum mo-* *bido*. Poen. IV. 2. 86.

Theſtoris filius, *qui ar-* *uandi in exercitu Graeco-* *nd Troiam valebat plu-* Men. V. 1. 48. Merc. 04.

calet, Capt. I. 1. 12. L. 1. 46.

conſilium, *i. e. ſubi-* Mil. II. 2. 71. minae ca- *celeriter numerandae*, E- 2. 39.

pro callidum eſſe, Poen. I. callere ad quaeſtum, V. 1. 40. calleo docte, II. 1. 52.

nouiſſe aliquem, Aſin. II.

aprugnum, *i. e. apri*, *cu-* *nbus aliis eius partibus in* *is praeponebatur*. Perſ. II. Poen. III. 2. 2.

gen. neutr. Merc. V. 2.

Caltula, *vel calthula*, *veſtis genus*, *nomen forte habens a colore calthae luteo*. Epid. II. 2. 47.

Caluitur, *i. e. fruſtratur*, *decipit*. Caſin. II. 2. 4.

Calydonia Venus, *quae apud Calydonios in Aetolia colebatur*, Poen. V. 4. 8.

Camarum, *piſcis genus*, Fr. amiſſ. *v.* 17.

Campas genus, *i. e. campanum*, *quod ob libidinem male audiebat*. Trin. II. 4. 144. Campas dicis, *i. e. nugaris*, Truc. V. 1. 50.

Campi caerulei, *vi.* Caerulea via.

Canalis, *qui fuit Romae in foro*, *vbi pauperes ſtare ſoliti*, canalicolae, *forenſes ideo vocati*. Curc. IV. 1. 15.

Candidata, *i. e. veſte candida et pura*, *qua aſcedere ad deos fas eſt*, *induta*, Rud. I. 5. 12. candidatus maſtigia, *ſponſi in modum veſtitus*; *ſponſi enim candidati erant*. Caſin. II. 8. 10.

Candido capite eſſe, *i. e. canum eſſe*, Moſt. V. 2. 27.

Candores corporis, Men. I. 2. 67.

Canes, *pro canis*, *antique*, Moſt. I. 1. 40. Trin. I. 2. 133. canes meae me latrant, Poen. V. 4. 64. canicula, *de muliere mordaci*, Curc. V. 2. 8.

Canitudo, *canities*, Frag. amiſſ. *v.* 7.

Cantatio cinaedica, *proterua et libidinoſa*, Stich. V. 5. 19.

Cantherius Gallicus, *equus caſtratus ex Gallia*, Aulul. 3. 5. 21.

Cantherino ritu ſomniare, *ſtantem ſomniare*, *vt equi ſolent*; Men. II. 3. 44. cantherius cruciians, *claudicans et aerumnoſus*, Capt. IV. 2. 34.

Cantrices, Trin. II. 1. 13.

Caperat illi frons, *pro caperatur, i. e. rugis contrahitur et aſperatur*, Epid V. 1. 3.

Capere, *coarguere, conuincere*, Amph II 2. 189. capere orationem oculis, Pſeud. II. 2. 2.

Capeſſere ſe aliquo, Rud. I. 2. 83. *et* 89. in altum ſe capeſſere, *in mare ſe immittere*, Aſin. I. 3. 6. capeſſere ſe praecipitem ad aliquid. Bacch. IV. 10. 2. capeſſere imperia alicuius, *mandatis obſequi*, Trin. II. 2. 19. capeſſere ſe domum, *ire domum*, Amph. I. 1. 106.

Capillus verſipellis, *i. e. canus*, Perſ. II. 2. 48.

Capital, *facinus capite luendum*, Men. I. 1. 16. Merc. III. 4. 26.

Capite aperto, *i. e. aperte, ſine vllo pudore. Pudentiores enim in re turpi caput operire ſolebant.* Capt III. 1 15. capitis perdere aliquem, Mil. II. 4. 18 Aſin. I. 2. 6 capitulum, Curc. II. 3. 14. huic capitulo, *i. e. mihi*, Aſin II. 4. 89.

Cappadocia, *Aſiae regio*, Mil. I. 1. 52.

Capparis, *frutex, cuius fructus inter cibos notus*, Curc. I. 1. 90.

Caprigenum genus, *varium et maculoſum, vt caprae ac pantherae*, Epid. I. 1. 16.

Capſo, *coepero*, Bacch. IV. 4. 61. capſit, *coeperit*, Pſeud. IV. 3. 6. capſimus, *coeperimus*, Rud. II. 1. 15.

Captare cum aliquo, *callide et inſidioſe aliquem petere, vt in diſciplina gladiatorum fieri ſolet*, Moſt. V. 1. 21.

Capuli decus, *ſenex capularis*; *ſepulchrum enim a veteribus* capulus, *aut* capulum *dicebatur*. Aſin. V. 2. 43.

Caput amnis, Trin. IV. 2. 98.

Carchedonius, *i. e. Carthaginienſis, Carthago enim Gr.* καρχηδὼν, Poen. *prol. v.* 53.

Carere, *carminare*, Menaech. V. 2. 46.

Carere, *defici aliqua re, cum acc uſ.* Curc. I. 2. 46. Poen. IV. 1. 4.

Cares, *populi Cariae, minoris Aſiae*, Curc. III. 1. 73.

Cari, *pro cibis et eſcis, quibus paraſito nihil carius.* Men. I. 1. 31.

Carina bene lineata, *fallacia probe excogitata*, Mil. III. 3. 42.

Carinarii, *qui cerino colore pannos inficiunt*; *Cera enim Dorice* καρὸς *dicitur.* Aul. III. 5. 36.

Carint, *pro careant*, Moſt. IV. 1. 1.

Carnarium *proprie eſt, vbi carnes ſalitae adſeruantur*, Pſeud. I. 2. 64. Capt. IV. 4. 6. Curc. II. 3. 45.

Carnifex, *conuicium*. Bacch. IV. 6. 15. Amph. I. 1. 220. *et paſſim*; ad carnificem tradere, *in cuſtodiam mittere*; *carnifex enim cuſtos erat olim carceris.* Rud. III 6. 19. carnificum cribrum, *de ſeruo, cuius tergum loris et ſtimulis ita perforatum, vt cribrum repraeſentet*, Moſt. I. 1. 52.

Carthagini, *i. e. in Carthagine*, Caſin. *prol. v.* 71.

Caſare, *caſum minari*, Mil. III. 2. 37. *et* 42.

Caſia, *arbor in Arabia felici proueniens, cinnamomo ſimilis*, Curc. I. 2. 7.

Caſſa memorare, *ſpem facere nequidquam*, Ciſt. IV. 1. 16. virgo dote caſſa, *i. e.* carens, Aul. II. 2. 14.

Caſteria, *locus in naui reponendis remis et gubernaculis.* Aſin. III. 1. 16.

Caſtor, *Tyndari et Ledae filius, Pollucis frater.* Curc. IV. 1. 20.

Caſtus

i culpa, Poen. V. 4. 13.

iſſimus, *deridiculus*, *Graec.* IV. 2. 60.

us, *Ganymedes*, *Trois re-*
ius, *admirandae pulchri-*
, *quem Iupiter in aqui-*
ciem *transfiguratus in cae-*
uexit, *atque in deliciis ha-*
Men. I. 2. 35.

a, *machina militaris*, *in*
ſcribenda veteres non con-
t. *Eam balliſta leuiorem*
ſaxis, *forte etiam haſtis*
ittis *iaculandis adcommo-*
fuiſſe, *non ſine ratione*
ur. Curc. III. 1. 24. ca-
ae vlmeae, *i. e. virgae*
o, Perſ. I. 1. 28. pilum
litarium, Curc. V. 3. 11.

ria, *fictum nomen.* Pſ. III.

, *per alienas domos ligu-*
ut *catuli ſolent.* Caſin. III.

m luſus, *i. e. laſciuus*,
V. 4. 52.

ciſtella, *e iunco, a ſimi-*
caudae equinae, Rud.
65.

i prouinciae aliquem
ere, *conſtituere ad ſinden-*
mum, *aut in tabulas diſ-*
um. Pſeud. I. 2. 25.

pro cuſtodia et carcere,
. 2. 15. *pro auium rece-*
, Ciſt. IV. 2. 66. *pro lo-*
mphitheatro, *vbi populus*
los ſpectandos conſidebat.
prol. 66. Truc. V. 1. 39.

fem. gen. pro iocoſa ca-
ne, Aulul. IV. 4. 11.

us puer, *meritorius*, Poen.
9.

pileus, *latas oras ac mar-*
habens ad prohibendum ſo-
um. Mil. IV. 4. 42.

omnis familiae conſiſtit
i. e. omnis quaeſtus et o-
reditus, *vnde familiam*
, *in te ſitus eſt.* Aſin. III.

1. 17. cauſſa liberali aliquem adſerere, *vi.* Aſſerere, *et* Liberali cauſſa.

Cauſſificari, *recuſare*, Aulul. IV. 10. 25.

Cauum leoninum, *ſpelunca*, *vbi vxor leonis inſtar timenda*, Men. I. 2. 49.

Cecropia, *inſula ficta*, Trin. IV. 2. 83.

Celere, *i. e. celeriter et ſubito*, Curc. II. 3. 4.

Cella promtuaria, *vi.* Promtuaria cella.

Celox, *nauigium breue ac celere*, *quod maioribus ac tardioribus ſubſeruit.* Aſin. II. 1. 10. Capt. IV. 2. 94. *tranſlate*, *pro ventre bene ſaburrato*, Pſeud. V. 2. 12.

Cenſio bubula, *pro verberibus lori bubuli*, *quibus in ſeruos animaduertitur.* Aul. IV. 1. 15.

Cenſionem facere, *cenſere*, *ac diſpungere rationem*, Rud. IV. 8. 9.

Centauromachia, *pro Theſſalia*, *cuius partem centauros olim tenuiſſe poetae tradunt.* Curc. III. 1. 75.

Centones farcire, *magnificis et male cohaerentibus nugis ſe iactare*, Epid. III. 4. 19.

Centuriata comitia habere alicui, *omnibus artibus inſtructum aduerſus aliquem conſilia agitare*, Pſeud. IV. 7. 134.

Centuriati manipulares, *milites centuriae attributi et adſignati*, Mil. III. 2. 3.

Cera, *pro ceratis tabulis*, *in quibus veteres ſcribebant*, Curc. III. 1. 40. Bacch. IV. 4. 64. Pſeud. I. 1. 34. Aſin. IV. 1. 22.

Cercobulus et cerconicus, *nomina ſeruulorum.* Trin. IV. 3. 13.

Cercurus, *nauis praegrandis*, Merc. I. 1. 86.

Cereales coenae, *pontificales et opiparae*, Men. I. 1. 25.

Cerebroſus, *cerebro male adfectus*, Moſt. IV. 2. 36.

Cerebrum vritur alicui, *dolore et indignatione adficitur*, Poen. III. 5. 25.

Ceres, *dea frugum*, Bacch. IV. 8. 51. Aulul. II. 6. 5. vigiliae Cereris, *Gr.* θεσμοφόρια, *ſacra, quae a mulieribus noctu celebrabantur.* Aulul. *prol. v.* 36.

Cerinum, *veſtimenti genus cerei coloris.* Epid. II. 2. 49.

Cernere, *certare*, Amph. Arg. 2. *v.* 3. cernere certamen, Bacch. III. 2. 15.

Cerritus, *inſanus, Cereris ira vexatus*, Amph. II. 2 144. Men. V. 4. 2. Poen. III. 1. 25.

Cerussa, *vnguentum, quo fucum faciunt mulieres*, Moſt. I. 3. 100.

Ceſſo ego mihi; *i. e. me ipſe moror*, Pſeud. I. 3. 12.

Ceſtus, *vi.* Caeſtus.

Cette, *date, contractum ex cedite*, Merc. V. 4. 4.

Chalcis, *vrbs Euboeae*, Merc. III. 4. 61.

Charmidare, *fictum ex Charmides, quod praecedit*, Trin. IV. 2. 135. *conf.* Recharmidare.

Chlamys, *veſtimentum, quod tunicae ſuperinduebatur, et fere militare*, Curc. V. 2. 13. Pſeud. II. 4. 45. chlamys vndans, *quae in inceſſu criſpatur*, Epid. III. 3. 55. chlamydatus, Pſeud. IV. 2. 8. Poen. III. 3. 6.

Choragium, *inſtrumentum comicum*, Capt. *Prol. v.* 61.

Choragus, *praefectus chori et adparatus ſcenici, cuius olim officium erat, videre, ne imperitia aut laſciuia chori vetus muſica corrumperetur.* Perſ. I. 3. 79. Trin. IV. 2. 16.

Chorda tibi tenditur, *vincula tibi parantur*, Moſt. III. 2. 55.

Chryſo, *auro: Graece.* Bacch. II. 3. 6.

Miſargyrides, *trapezitae nomen, quaſi argenti - oſor, ironice*, Moſt. III, 1. 41.

Miſer animi, Ciſt. IV, 2. 3. miſer et nequam, Bacch. II, 2. 17.

Miſere miſer, Ciſt. IV, 2. 21. miſerum habere aliquem, Epid. V, 2. 2. Trin. II, 1. 33.

Miſerari ſe, *lamentari, miſerum ſe praedicare*, Epid. IV, 1. 7.

Miſere male, *i. e. peſſime*, Bacch. IV, 9. 10.

Miſereri hominum rei male gerentum, Truc. II, 1. 13.

Miſereſcere, *miſereri; ſed locus corruptus eſſe videtur*, Epid. IV, 1. 1.

Miſeria miſerrima, Amph. II, 1. 43. miſerias ſedare voluptate aliqua, Poen. V, 4. 93.

Miſericordias habere, Moſt. III, 2. 115.

Miſericors, Amph. I, 1. 141. miſericordior, Rud. I, 5. 23.

Miſeritum eſt me eius, Trin. II, 4. 29.

Miſſum facere, *dimittere*, Amph. V, 3. 2. Merc. III, 4. 72. miſſa facere omnia, Trin. V, 2. 44. miſſa omnia habere, Pſeud. II, 2. 8.

Miſſiculare literas ad aliquem, *mittere*, Epid. I, 2. 28. *ſeq.*

Mittere de aliquo, *ſcil. dicere*, Poen. V, 2. 101.

Mobilis pedes, *i. e. quod attinet ad pedes*, Mil. III, 1. 36.

Moderari

Moderari animo, Mil. IV, 5. 16. linguae moderandum eſt mihi, Curc. IV, 1. 25. moderari dictis, ibid. I, 3. 39. moderari vino, Truc. IV, 3 57. moderari ingenio ſuo, Bacch. I, 1. 58. moderari hero ſuo, Men. II, 3. 88. moderari ſe immodeſtis moribus, Curc. I, 3. 44.

Moderatrix ſibi fuit, Ciſt. II, 2. 3.

Modeſtia, *pro obſequio*, Trin. II, 2. 36. *pro moderatione*, Bacch. IV, 3. 2.

Modeſtior nunc eſt de verbis, praeut dudum fuit, Men. V, 5. 33.

Modiales calices, *modii capaces*, Capt. IV, 4. 8. *vi.* Modius.

Modice et modeſte vitam viuere, Pers. III, 1. 18.

Modius, *menſura quum liquidorum, tum aridorum; duas et triginta heminas, vel ſextarios ſedecim, vel amphorae partem tertiam continens.* Stich. I, 3. 98. Men. *prol.* *v.* 15. mille modium argenti, Stich. IV, 2. 9.

Modo quod accepiſti, *i. e. modo accepiſti aliquid.* Aſin. I, 3. 16. Modus *arbitrium*, *arbitratus*, non tuo hoc fiet modo, *i. e. vt tua fert libido*, Men. II, 1. 25. Pers. III, 1. 31. Amph. I, 1. 66. quod bono fiat modo, *modo nil fiat ſupra modum*, Merc. V, 4. 62. modus, *pro exemplo*, *quo quis alteri praeit*, Stich. V, 4. 37. meo modo et moribus viuito, Trin. II, 2. 15. *pro temperantia*, *et animi virtute*, Bacch. IV, 3. 2. *pro cauſſa*; mille modis amor ignorandus eſt, *i. e. ex mille rationibus*, Trin. II, 1. 29. *pro mediocritate*; eſt modus, quoad pati vxorem oportet, Men. V, 2. 19. *pro fine*; quis modus tibi exſilio tandem eueniet? Merc. III, 4. 67. modus nouus, Trin. I, 2. 104. modus muliebris nullus *eſt*, Poen. I, 2. 20. virtutis modum deturbare alicui, Moſt. I, 2. 59. *ſeq.* neque lex, neque tutor capere eſt qui poſſit modum, *i. e. modum concipere*, *ſeu conſtituere*, Aulul. III, 5. 14.

Moechiſſare mulierem in adulterio, Caſin. V, 4. 7.

Moechus mulierum, Mil. III, 1. 180. moechus unguentatus, Mil. III, 3. 50. moechus manifeſtarius, Bacch. IV, 8. 77.

Moenia magna atque amoena, Truc. *prol.* *v.* 2. *efficere pro opibus* moenia ſua, *i. e. pro facultatibus ſuis non deeſſe rei publicae*, Stich. V, 4. 13. tolerare moenia ſua, *ſuſtinere quotidianos ſumtus ſuos*, Trin. III, 2. 61.

Moenitus, *pro*, *munitus*, *antique*, Bacch. IV, 9. 2.

Moeſtiter, *et* Moeſtitudo, *vi.* Maeſtiter, *et* Maeſtitudo.

Mola ſalſa, *far toſtum*, *et ſale conſperſum*, *cuius in ſacrificiis vſus*, Amph. II, 2. 108.

Mola, *pro piſtrino*, *in quo molas circumagebant quum iumenta*, *oculis corio obductis; tum ſerui facinoroſi*, *quorum et ipſorum oculos effodiebant aliquando ſupplicii loco*, Men. V, 6. 9. Poen. V, 3. 3. dare nomen ad molarum coloniam, *i. e. in piſtrinum; eorum more, qui, quum duci vellent in aliquam coloniam; in eam nomen dabant.* Pſeud. IV, 6. 38.

Molitum nimio libentius edo, quam molitum praehibeo, *i. e. libentius edo*, *quod alii in piſtrino moluerunt*, *quam molo*, *quod alii comedant*, Men. V, 6. 15. *ſeq.*

Molliculus caſeus, *in blanditiis*, Poen. I, 2. 154. molliculae eſcae, Cas. II, 8. 56. mollicula *femina*, ibidem.

Mollior ſum fuſtibus miſer magis, quam *etc.* Aulul. III, 2. 8.

Molochinarius, *qui colorem tingit ad purpuram inclinantem, qualis in maluae flore ſpectatur*, Aulul. III, 5. 40.

Molloſſicus, *ridicul. a moloſſo cane, fictum;* Capt. I, 1. 18.

Monedula, *auis, quacum pueri luſitant*, Capt. V, 4. 6. *in blanditiis amantum*, Aſin. III, 3. 104.

Moneri officium ſuum, Stich. I, 2. 1. offa me monet. Mil. I, 1. 49.

Monimentum ſtatuere gutturi alicuius, Curc. I, 2. 51.

Monotrophe, *aduerb. formatum ex Graeco* μόνος, ſolus, *et* τρέφω, alo, nutrio., Stich. V, 4. 7.

Monſtrum, mulieris, Poen. I, 2. 61. pro monſtro eſt, *portenti loco eſt*, Aſin. II, 2. 23.

Mons mali maeroris maximus, Moſt. II, 1. 5. montes argenti, Mil. IV, 2. 73. montes mali irruunt in te, Epid. I, 1. 78.

Monumentum generi et ſibi educare liberos, Mil. III, 1. 111. ſtatuam dare faciundam ex auro, factis monumentum ſuis, Curc. III, 1. 70. *ſeq.* monumenta bubula, *lora e corio bubulo facta*, Stich. I, 2. 6. *conf.* Monimentum.

Mora ſum, *vi.* Morus.

Mora mera eſt moneri, quae meminimus, Capt. II, 3. 36. facere alicui moram, Moſt. I, 1. 72. Epid. V, 2. 26 obiicere moram amori ſuo, Poen. I, 3. 37. offerre moram, ibid. IV, 2. 3.. moram occupato moleſtam offerre, Pſeud. I, 3. 17. moram ſibi creare dictis, ibid. I, 3. 159.

morae eſſe alicui, B 2. 46.

Morari, *pro cunctari, adhibere*, Moſt. III, *et* 116. Poen. I, 2. 1 *moram creare*, Bacch 141. Men. II, 2. 51. aliquem, Aſin. II, 4. lul. IV, 2. 5. Caſin. 23, *et alibi.* Morari I, 2. 46. *pro, curar* II, 3. 9. *et* IV, 8. 23. III, 2. 59.

Moratus moribus, Ca 22. filius pariter n vt pater, Aulul. *pro* iſtoc modo moratus, I, 4. 8. quae recte venit, dotata eſt ſati II, 2. 62. ita nunc a tes morati ſunt, Tr 5. *de re ſenſus expe* haec morata eſt iann II, 3. 10.

Morbus, *de amore*, Ci 73. morbus, *pro dolo* III, 3. 3. *pro aegritu mi*, idem mihi mo pectore eſt, Bacch. morbus *comitialis*, *v* tare. morbum et (*loco ſalutis*) ſcribere Bacch. IV, 4. 80. incutere grauem, T 38.

Mordere, *de famelicis gnari, et famem im tolerare*, Pſeud. *prol. v.*

Mordices, *pro dentibus*, II, 2. 57.

Mordicus abripere Men. I, 3. 12. os a naſare mordicus, Ca 72. *ſeq.* arripere mordicus, Curc. V,

More atque ſtulte aliq re, *vi.* Morus.

Mores, *vi.* Mos.

Mori, *dies dicitur*, Virgae moriuntur in t cuius, Capt. III, 4. *etiam* Mortuus.

Moribundus, Bacch. II, 2. 15.

Morigerare ſibi cum uxore uſuraria, *genio ſuo obſequi*, Amph. III, 3. 26. morigerari ſeruituti, Capt. II, 1. 4.

Morigerus, *obſequens*, Amph. III, 4. 21. Caſin. II, 8. 29. morigerae tibi erimus, Moſt. II, 1. 51. moriger..., *nequiore ſenſu*, Caſin. V, 2. 20. Men. I, 3. 19. Capt. V, 2. 13. male morigerus, Curc. I, 3. 13.

Moriri, *pro*, *mori*, Aſin. I, 1. 108.

Morologus, *ſtulta loquens*, Perſ. I, 1. 50. vti ſermonibus morologis, Pſeud. V, 1. 20.

Mors, *pro ſene Acheruntico, et mortuo, quam viuo, ſimiliore*, Bacch. V, 2. 33. mors, *ſors fatalis*, Bacch. IV, 4. 80. mortem obire, Aulul. *prol. v.* 15. mortem exſequi, Pſeud. IV, 2. 28. toxico ſe dare morti, Merc. II, 4. 4. mors obtingit alicui, Men. *arg. v.* 2.

Morſiunculae *molles*, Pſeud. I, 1. 65.

Mortalis, *pro homine*, Amph I, 2. 33. Aſin. V, 2. 8. Moſt. V, 1. 23. Pſeud. I, 5. 104. Poen. V, 2. 147. *et alibi.*

Mortarium, Aulul. I, 2. 17.

Morticinus, *conuicium in homines exſangui et cadaueroſa facie*, Perſ. II, 4. 12.

Mortualia, *carmina praeficarum, nugae*, Aſin. IV, 1. 63.

Mortuum me duco ſatius, Truc. V, 1. 34. mortuum me, quam vt id patiar, mauelim, Truc. IV, 2. 29. *vi. etiam*, Mori.

Morula, *nigra, quaſi Maurula*, Poen. V, 5. 10.

Morus, *fatuus ſtultus, Gr.* μωρὸς, ego ſtulta et mora multum, Mil. II, 4. 17. morus es, ibid. III, 1. 78. mores hominum moros et moroſos (*amor*) efficit, Trin. III, 2. 43. uti more maxume moro, Men. IV, 2. 1. More, *adverbial.* Stich. V. 1. 1.

Mos bonus, Capt. II, 1. 4. modeſtus, Bacch. IV, 10. 4. improbus, Trin. IV, 3. 28. meretricius, Men. V, 5. 8. ita nunc mos viget, Curc. II, 3. 20. more, *conſuetudine hominum*; ambitio iam more ſancta eſt, libera eſt a legibus, Trin. IV, 3. 26. more maiorum, Ciſt. *Caterua v.* 6. Trin. IV, 3. 24. more atque exemplo viuere, Bacch. III, 3. 11. mores antiqui, Capt. I, 2. 20. barbari, Stich. I, 3. 39. fatui et turbidi, Trin II, 2. 18. immutati, Curc. I, 2. 59. lepidi, Moſt. I, 3. 12. mali, Trin. I, 1. 8. *et* 10. *et* IV, 3. 33. maritumi, Ciſt. II, 1. 11. mori et moroſi, Trin. III, 2. 43. noui, Truc. III, 2. 9. priſtini, ibid. *prol. v.* 7. ſapientes, Rud. IV, 7. 25. ſtulti, Trin. III, 2. 21. truces, Truc. *arg. v.* 5. turpes, Poen. I, 2. 93. veteres, Trin. IV, 3. 21. Truc. III, 2. 9. morem gerere animo ſuo, Amph. *prol. v.* 131. mos geratur, Epid V, 2. 28. Truc. V, 1 69. Mil. II, 1. 58. *et alibi.* morem gerere *etiam femina dicitur, dum ſe viro praebet*, Moſt. I, 3. 32. *et v.* 43. 69. mores, *pro morigeratione*, Moſt. I, 3. 128.

Mouere ſe, Trin. III, 3. 73. una cura cor meum mouit modo, Truc. IV, 2. 60. moueri, *nequiore ſenſu*, Aſin. IV, 1. 43.

Mu; *Gr.* μῦ, nec mu, *i. e.* ne minimum quidem, Stich. I, 3. 101.

Mucci fluunt, *vel muci; narium pituita*, Moſt. V, 1. 60.

Muccidus, Mil III, 1. 52. me emunxiſti mucidum, *i. e. male deluſum argento ſpoliaſti*, Epid. III, 4. 58.

Mulcare aliquem male, *i. e. percutere, quaſi mollire verberibus*, Moſt. IV, 2. 23. Caſ. *arg. v.* 5. ni vsque ad mortem male mulcaſſitis, *i. e. percuſſeritis, aut verberaveritis*, Mil. II, 2. 8.

mulcare aliquem pecunia, Bacch. IV, 9. 10.

Mulciber, *Vulcanus*, *ita dictus a mulcendo*, *ſeu molliendo ferro*, Epid. I, 1. 32.

Mulctam, *vel* multam abomina, *locus ſuſpectus*, Trin. III, 2. 82.

Mulier, *abſolute*, Bacch. IV. 8. 2. *et* 4. Mil. II, 5. 55. Caſin. II, 2. 36. Mulier facta eſt ex viro, Amph. II, 2. 182. *et* Truc. I, 2. 32. mulier es, audacter iuras, Amph. II, 2. 206. mulier, *in conuicio*, *pro homine effeminato*, Poen. V. 5. 26. mulier beneuolens, Ciſt. II, 3. 42. *ſeq.* bona, ibid. II, 3. 82. callida, ibid. IV, 2. 61. mulier forma eximia, Merc. I, 2. 97. bene lauta, terſa, ornata, ficta, et inſecta tamen, Stich. V, 5. 4. tacita bona eſt mulier ſemper, quam loquens, Rud. IV, 4. 70. non male, *i. e. non deformis*, Merc. II, 3. 57. mala, Poen. IV, 2. 54. mulieres, malae merces, Caſin. III, 6. 22. mulier meretrix, Stich. V, 5. 5. proba, Caſin. II, 2. 26. mulieres inſulſae, Poen. I, 2. 36.

Muliebris ſupellex, clarus clamor ſine modo, Poen. V, 3. 27.

Muliebroſum genus, *molle et effeminatum*, Poen. V, 5. 24.

Mulio, Moſt. III, 2. 93. Aulul. III, 5. 27.

Mulus, Aulul. III, 5. 27. muli clitellarii, Moſt. III, 2. 93.

Mulſa, *in blanditiis amantium*, Caſ. II, 6. 20. Stich. V, 5. 14.

Mulſa dicta dicere, *i. e. ſuauia et dulcia*, Rud. II, 3. 34. mulſa loqui, Poen. I, 2. 112.

Mulſum, *potio ex vino et melle confecta*, Aſin. V, 2. 56. mulſi vrna, Caſ. *prol. v.* 76. potiones mulſi, Stich. I, 3. 60. *mulſo milites in triumpho ab imperatore donabantur*, Bacch. IV, 9, 48. *et* 151.

Multa, *vel* mulcta, *proprie poena pecuniaria*, *tranſfertur autem ad quodlibet poenae genus*; multa ei eſto, vino viginti dies vt careat, Aſin. IV, 1. 56. *ſeq.* multam irrogare, *poenam conſtituere*, Capt. III, 1. 34. iniuriarum multam dicere, *i. e. indicere*, Poen. V, 5. 57.

Multare, *pro*, *multa punire*; multare, *multa maiore*, Rud. *prol. v.* 20. multare bolo, Truc. IV, 3. 70. multari poculo, Stich. V, 4. 43. multare magno atque ſolido infortunio, Merc. I, 1. 21. multare matrimonio, Amph. II, 2. 222. damno multare dominos, Caſ. III, 6. 3. multare, *pro tolerare*, ſcis, quam multas tecum miſerias multauerim, Stich. III, 1. 19.

Multibibus, Ciſt. I, 3. 1.

Multifacere aliquem, Rud. II, 3. 50.

Multigeneres milites, Capt. I, 2. 56. *ſ.* vnguenta multigenerum multa, Stich. II, 2. 58.

Multiloquium, Merc. *prol. v.* 31.

Multiloquus, Ciſt. I, 3. 1. Pſeud. III, 2. 5.

Multimodis, *aduerb. pro*, *multis modis*, Mil. IV, 4. 53.

Multipotens, Trin. IV, 1. 1. multipotens pectus, Bacch. IV, 4. 9.

Multo tanto carior, Bacch. II, 3. 76. multo tanto amplius, quam *etc.* Men. V, 2. 49.

Multus et odioſus homo, *qui multum negotii faceſſit*, Men. II, 2. 41. iam die, (*i. e. diei*, ἀρχαϊκῶς) multum eſt, Pſeud. IV, 7. 59.

Multum, *pro valde*, Pſeud. I, 5. 143. Capt. I, 1. 19. Men. IV, 2. 2. *et alibi.*

Munditer ſe habere, Poen. I, 2. 26.

Mundi-

ı, Poen. I, 2. 37. munlecebra animo eſt amanMen. II, 3. 4. munditia ix reperit, vt placeat, V, 5. 5. *ſeq.* agere aetain munditiis, Pſeud. I, munditiis meretriciis re oculos, Poen. I, 1. ɪnditiis munditiam anCaſin. II, 3. 9. mundiparare, Stich. V, 3. 5. tias volo fieri, Stich. :3.

s vrbanus amaſius, II, 1. 13.

purus, *nitidus*, Ciſt. I, 1. ndiſſumus, Truc. II, 7. 6.

; in mundo eſſe, *i. e.* *et in promtu eſſe*; virıihi ſunt in mundo, 1. 16. ſibi eſſe in munlum, ibid. II, 2. 50. quod amet, in mundo aſ. III, 2. 3. libertas in fita eſt, Epid. V, 1. 12. ım in mundo ſcribam, ıxem, mihi, Pſeud. I, *et ſeq.* nempe habeo in , Perſ. I, 1. 46.

mittere, Mil. III, 1. 116. . lepidiſſuma munera, V, 4. 3. munera pro*multa et ponderoſa*, Truc. *v.* 8.

e, *munere adficere*, Mil. 101.

erulus, *qui portat munus*, I, 2. 48.

lis meretriculis rem co*i. e. laute et opipare a*-*quamquam aliqui* mo*ſubſtituunt*, Truc. II, 2.

magna moenia, *magnas* *eſſere*, Mil. II, 2. 73.

conſentiens ad ea, quae *vult*, *officioſus*, Merc. 04.

urare, Truc. II, 4. 76. s fungi, Men. I, 4. 5.

ulum, Truc. II, 4. 71.

Muraena, *piſcis marinus*, *anguillam magnitudine et figura referens*, Perſ. I, 3. 30. Amph. I, 1. 163. Aul. II, 9. 2. Pſeud. I, 3. 148.

Mures, *dicuntur paraſiti*, Perſ. I, 2. 6. Capt. I, 1. 9. mures Africani, *pantherae*, Poen. V, 2. 51.

Muriatica ſalſa, *ſalſi piſces*; *ſiue ſalſamenta, quae in muria ſeruabantur. Muria autem liquamen erat, quod ex thynnorum ſanie, maceratis illorum carnibus ſale, defluebat.* Poen. I, 2. 32. *et* 39.

Murrhina, *potio*, *de qua vero, qualis fuerit, non una eſt ſententia. Nonnulli vinum unguento temperatum dicunt; alii ex murrha paratum arbitrantur, atque hanc fuiſſe lapidem pretioſum odoris praeſtantia, apud Parthos naſcentem, vel potius humorem ſolo calore ſub terra condenſatum, exſtimant.* Pſeud. II, 4. 51. Murrhinus odor, Poen. V, 4. 6.

Murobathrarii, *ita ſcripti vocem exhibent. Fortaſſis idem eſt, ac* Myrobrectes, *ſeu* myrobrectarius, *qui calceamenta muliebria unguentis et odoribus imbuit.* Aulul. III, 5. 37.

Muricidus, *ioculare conuicium in imbellem*, Epid. III, 1. 12.

Murmurare, *de inteſtinis, famem non ferentibus*, Caſin. IV, 3. 6.

Murteta, *ſiue*, myrteta iuncis circumuincire, *i. e. faſciculos myrtorum Veneri offerendos iunco colligare*, Rud. III, 4. 27.

Mus puſillus ſapiens beſtia, Truc. IV, 4. 15.

Muſca, *ita dicti non paraſiti tantum, qui alienis conuiuiis non vocati ſuperueniebant, ſed et curioſi, qui nihil non exquirunt et penetrant.* Merc. II, 3. 26. Poen. III, 3. 77. muſca nulla femina, *pro nulla femina*, Truc. II, 2. 29. plus eſt ſcortorum,

torum, quam olim muſcarum eſt, quum caletur maxime, Truc. I, 1. 46. *genus lenonium cum muſcis comparatum*, Curc. IV, 2. 13. *ſeq.*

Muſculi, *conchae genus*, Rud. II, 1. 9.

Muſice aetatem agere, *apud Graecos aliquando denotat, viuere frugaliter; apud noſtrum idem eſſe videtur, ac, laute epulari, nullo ſuo ſumtu; niſi forte per ironiam haec dici videantur.* Moſt. III, 2. 41.

Muſſare, *eorum eſt, qui depreſſa voce loquuntur, quod celatum volunt.* Aulul. II, 1. 12. Merc. *prol. v.* 49.

Muſſitare, *frequentatiuum a muſſare, proprie notat, diſſimulando tacere*, Mil. II, 3. 41. *et* II, 5. 67. *et* III, 1. 120. Rud. IV, 3. 90. Truc. II, 2. 57. *et* II, 6. 10. Caſ. III, 5. 33.

Muſtela, Stich. III, 2. 7. *et* 43.

Mutire, *vel* muttire, *ſigno aut ſubmiſſa voce aliquid prodere*, Bacch. IV, 7. 2. Amph. I, 1. 225. Men. V, 1. 11. Mil. II, 6. 83. *et alibi.*

Muttitio, Amph. I, 3. 21.

Muto imperare, Merc. II, 4. 26.

Mutuamur ira, *corrupta dictio. Nonnulli legunt: motitamur ira; alii aliter.* Truc. I, 2. 90.

Mutuitare, *velle pecuniam mutuo ſumere*, Merc. I, 1. 52.

Mutuum dare, Trin. III, 3. 32. mutuum facere cum aliquo, Curc. I, 1. 47. rogare mutuum argentum, Pſeud. I, 3. 60. *ſeq.* mutuum accipere pignus, Moſt. *arg. v.* 7.

Myropola, *qui vnguenta vendit*, Caſ. II, 3. 10.

Myropolia, *tabernae vnguentariae*, Epid. II, 2. 15. Amph. IV, 1. 3.

N

Nae, *adverb. adfirmantis*, Curc. I, 2. 49. *et* I, 3. 38. Pſeud. III. 1. 3. Trin. III, 2. 8. Truc. I, 2. 90. *et alibi.*

Nae ecaſtor, Aſin. III. 1. 30. Truc. IV, 4. 39. nae mecaſtor, Men. IV, 2. 40. *et* 50. *et* ibid. V, 1. 34. Nae edepol, Aſin. II, 4. 3. *et* III, 2. 14. Bacch. IV, 9. 124. Men. V, 5. 1. *et* 10. Mil. II, 4. 54. *et alibi.* Nae hercle, Aſin. II, 4. 6. *et* III, 3. 13. Bacch. II, 3. 76. *et* IV, 2. 13. Trin. I, 2. 24.

Naenia, *vi.* Nenia.

Nam, *interrogationi ſubſeruiens varie transponitur.* Quid ceruſſa opus nam? *pro quidnam;* Moſt. I, 3. 101. nam quid tu me rogitas? *i. e. quidnam*, Moſt. II, 1. 21. *add.* Caſ. II, 3. 49. Epid. I, 1. 55. *ſeq.* Truc. IV, 2. 11. Amph. II, 2. 28. nam quem ego adſpicio, *i. e. quemnam?* Poen. V, 3. 3. nam, obſecro, unde animus mihi inuenitur? *pro, undenam?* Rud. III, 3. 25. *nam qui perdidi, pro quinam, i. e. quonam modo?* nam cur, *eccur?* nam quamobrem? Amph. II, 1. 2. Aulul. I, 1. 3. nam, *pro igitur*, nam quousque? Aſin. I, 1. 29. nam quidem, Capt. II, 3. 34. *nam obſecro? i. e. quare, quamobrem?* Truc. I, 2. 83.

Nardinum, *vinum nardo conditum*, Mil. III, 2. 11.

Naſiterna, *vas aquarium, ita dictum, quod tres naſos, ſiue anſas haberet*, Stich. II, 2. 28.

Naſſa, *genus vaſis piſcatorii, quo piſcis, ſemel ingreſſus, exire non poteſt.* Mil. II, 6. 98.

Naſum, *neutr. gen.* Amph. I, 1. 288. Curc. I, 2. 18. Men. I, 2. 57. Mil. IV, 6. 41. naſum abripere, *vi.* Mordicus.

Nata res, *i. e. comparata*, Bacch. II, 2. 40. Caſ. II, 5. 35.

Nata, *pro*, *filia*, Aulul. *perioch.* 1. *v.* 15.

Natalis dies eſt huic, Pſeud. III, 1. 9.

Nates peruellere, *quod Athenienſes, adulterum pauperem punientes, παρατίλλειν dixerunt.* Perſ. V, 2. 66.

Natio famelica, *de piſcatoribus*, Rud. II, 3. 6.

Natu tantus, *i. e. tot annos natus*, Bacch. I, 2. 16.

Natus nemo, *i. e. nullus*, Pſeud. I, 3. 63. Moſt. II, 1. 55. *et* II, 2. 21. homo natus nemo, idem, Caſin. II, 4. 15.

Nauales pedes, *funiculi, ut videtur, quibus angulus veli religatur; ſicut etiam* pedem facere *nautica phraſi eſt, vento dimidio nauigare. Alii tamen per pedes nauales ipſos remiges, vel remos, intelligunt*, Men. II, 2. 75.

Nauci, *nihili; naucum enim eſt nucis, aliarumque rerum vile putamen.* Bacch. V, 1. 16. Moſt. V, 1. 1.

Nauclerus, Mil. 4, 3. 16. nauclerius ornatus, Aſin. I, 1. 54. nauclericus ornatus, Mil. IV, 4. 41.

Nauis, *ſignificatione propria*, Amph. I, 1. 173. Men. II, 3. 50. *lignea, ſaepe trita, ſaepe fixa, ſaepe excuſſa malleo*, ibid. *v.* 51. *ſeq.* nauis mercatoria, Bacch. II, 3. 2. nauis praedatoria, Men. II, 3. 87. nauis mea ſoluta eſt, *i. e. ventis commiſſa eſt*, Stich. III, 1. 16. *ſoluitur*, Bacch. II, 3. 54. nauis agitatur, Bacch. IV, 6. 27. venit nauis, noſtrae naui quae frangat ratem, Moſt. III, 2. 52. nauis confracta, Rud. II, 3. 25. *allegor. de negotio fallaciarum*, Mil. III, 3. 43.

Nauita, Men. II, 1. 1.

Nauſea, Merc. II, 3. 55.

Nauſeare, Amph. I, 1. 173.

Nautea, *aqua de ſentina, a nautis dicta; vel, vt Feſtus voluit, herba granis nigris, qua coriarii vtuntur.* Aſin. V, 2. 44. Curc. I, 2. 5. Caſ. *Grex, v.* 7.

Ne, *pro, non, antique*, operae ne parcunt ſuae, Moſt. I, 2. 22. *et* 43. *pro nonne?* ego ſumne ille infelix, *i. e. nonne ſum*, Moſt. II, 1. 15. Pſeud. IV, 1. 4. Perſ. I, 2. 23. Bacch. III, 6. 32. quae ne ſubducta erat *tuto in terra? pro, annon ea ſubducta etc.* ne, *paragogicum*, quamne, *i. e. quam*, Ciſt. IV, 2. 6. quaene, Rud. I, 5. 14. ſatine, *pro, ſatis*, ibid. I, 3. 2. ne-neu, Truc. I, 2. 2. *et* 3. ne-neue, Poen. III, 3. 49. *et* 50. ne, *interdum abundat*, quamne Archidemidem, *pro, quam*, Bacch. II, 3. 23. Rud. I, 5. 14. Pſeud. I, 5. 22.

Nebula mollis, Caſ. IV, 4. 21. nebulae cyathus, *vi.* Cyathus.

Nec, *pro, non*, nec recte ſi illi dixeris, *i. e. ſi non recte etc.* Moſt. I, 3. 83. tu dis nec recte dicis, Bacch. I, 2. 11. Pſeud. IV, 6. 23. Poen. III, 1. 13. *et alibi.*

Neceſſitate, quidquid eſt domi, id ſat eſt habendum, Rud. II, 1. 3. neceſſitate me, mala vt fiam, facis, Perſ. III, 1. 54.

Neceſſum eſt, Aſin. V, 2. 45. Caſ. II, 5. 36. Rud. V, 2. 44. *et alibi.*

Nefaſtus homo, *quem alias inteſtabilem dicunt*, Poen. III, 2. 7.

Negaſſim, *pro, negauerim*, Aſin. II, 4. 96.

Negitare, Merc. I, 1. 50.

Negotium, *pro quauis re*, Moſt. II, 2. 27. *et* 97. ibid. III, 2. 53. *pro moleſtia, vel ſollicitudine*, et hinc et illinc mihi exhibent negotium, Moſt. III, 1. 38. Men. V, 9. 13. Merc. II, 2. 2. Poen. I, 2. 30. *pro lite*, Aulul.

Aulul. III, 4. 2. negotium mihi in vrbe eſt, Merc. II, 2. 8. *ſeq. et* ibid. *v.* 16. *et* 54. ita negotium eſt, Pſeud. IV, 2. 36. adfinem eſſe publicis, et maritimis negotiis, *vi.* Affinis. Negotium aurarium, *i. e. de auro*, Bacch. II, 2. 51. negotium ferreum, *pro compedibus*, Perſ. I, 1. 21. negotii nunc ſum plenus, Pſeud. I, 3. 146. negotium dare, Trin. IV, 2. 5. negotium ſubito obiicere, Curc. II, 3. 4. ferere negotium, Moſt. V, 1. 51. inſtituere negotium, Poen. IV, 2. 103. perfectum dare negotium aliquod, Ciſt. II, 3. 51.

Negotioſa res, Stich. II, 2. 32. negotioſum tergum, *quod plagis et verberibus exercetur*, Mil. II, 5. 37.

Nemea, *oppidum, Arcadiae, prope quod in ſilua Hercules leonem mirae magnitudinis confecit; in cuius rei memoriam Herculi poſthac ſacra et ludi ibidem inſtituti ſunt.* Caſ. IV, 1. 1.

Nemo, Amph. I, 1. 226. Nemo homo, Perſ. II, 2. 29. *de femina*, vicinam neminem amo merito magis, quam te, Caſ. II, 2. 12.

Nempe, *aduerbium interrogantis*, nempe tu nouiſti militem? Mil. III, 3. 48. nempe tu illius ſeruus es? Pſeud. IV, 7. 73. nempe huic lenoni? Curc. I, 1. 44. *et alibi. adverb. confirmantis*, nempe octoginta debentur huic minae, Moſt. III, 3. 16. nempe ita animati eſtis vos, Pſeud. I, 2. 18. nempe obloqui me iuſſeras, Curc. I, 1. 42. nempe vt dignus es, ibid. II, 1. 20. *et alibi.*

Nenia, *carmen funebre ineptum et inconditum, quod a praeficis in laudes defunctorum ad tibiam canebatur; et quia non niſi iu hocce fieri ſolebat, qui finierant vitam*, nenia *pro fine rei, vel ludi alicuius dicitur:* id fuit nenia ludo. Pſeud. V, 1. 32. dicere (alicui neniam de bonis, *nempe perditis et exhauſtis*, Truc. II, 1. 3. ſoricina nenia, *interprete Salmaſio eſt vox, quam emittit ſorex, ad quam deprehenſus non raro confoditur; interim ex eo nondum liquet, quid ſit*, confoſſior ſoricina nenia. *Alii ergo, inteſtinum ſoricis in minutas partes conciſum, neniam hoc loco adpellari autumant. Atque item alii alia proferre non omittunt; in quibus tamen nemo ſatis facere videtur.* Bacch. IV, 8. 48.

Nepa, *vel cancer, vel ſcorpius; vtrumque enim ea vox aliquando ſignificauit*, Caſin. II, 8. 7.

Nepos Veneris, Mil. IV, 6. 50. Venereus nepotulus, ibid. V, 1. 20.

Neptunus, *maris deus, Opis et Saturni filius*, Rud. II, 6. 2. Mil. I, 1. 15. Moſt. II, 2. 1. Stich. III, 1. 1. falſipotens, et multipotens, Trin. IV, 1. 1. *piſcatorum* patronus, Rud. IV, 2. 1. Neptunus faſtidioſus aedilis, Rud. II, 3. 42. *ſeq.* balneator frigidus, Rud. II, 6. 43. *eius comes* ſanctus, Palaemon, Rud. I, 2. 71. Neptuni pecudes, *piſces*, Pſeud. III, 2. 45. Neptunia loca, *maria*, Mil. II, 5. 3.

Nequam, *abſolute*; Bacch. IV, 2. 20. nequam quidem, Trin. IV, 3. 29. *ſubſtantiue, pro nequitia et malo*, Poen. I, 1. 31. nequam facere, *de libidine*, Poen. III, 3. 45. *adiectiue*, Truc. I, 2. 55. *et* 59. nequam verbum, Trin. II, 4. 38. beſtia nequam et damnifica, Ciſt. IV, 2. 62. nequam homo, Aſin. I, 1. 18. Epid. I, 1. 87. Bacch. V, 2. 60. *ſeq. et alibi.* Adoleſcens nequam, Stich. IV, 1. 51. malus nequamque, Aſin. II, 2. 39. nequam *opponitur* frugi bonae, Pſeud. I, 5. 53. piſcis nequam, niſi recens, Aſin. I, 3. 26. nequior et indignior, Bacch. IV, 3. 5. nequior *pro, deterior*, nequior eſt factus uſus aedium, Moſt. I, 2.

I, 2. 32. nequius nihil eſt, quam etc. Bacch. IV, 4. 8.

Neque haud, *duae negationes Graecorum more fortius negant*, neque ille haud obiiciet mihi, Epid. V, 1. 57. neque ego haud committam, Bacch. IV, 9. 114.

Nequiter, Aſin. III, 3. 88. Amph. I, 3. 23. Caſ. V, 4. 18. Moſt. II, 1. 63. *et alibi.*

Nequitia, Bacch. I, 2. 4. ſtabulum nequitiae, Caſin. II, 1. 13.

Nequitur, *a nequeo*, Rud. IV, 4. 20.

Nere ſubtemen tenue, *i. e. partem interiorem panni, quae temini ſubtexitur, vel quae ſubit ſtamini*, Merc. III, 1. 20.

Nerei filiae. *Nereus, deus marinus, Oceani et Tethyos filius, cuius filia Thetis Achilli, armis eius ad Hectorem translatis, alia a Vulcano cuſa adtulit*, Epid. I, 1. 34.

Neriene, *Martis coniux*, Truc. II, 6. 34.

Neruus, *vinculum ligneum, quinque locis foramina habens, quibus collum et manus, et pedes inſerebantur; Graece* πεντεσύριγγον ξύλον: apud te me in neruo enicem, Aulul. IV, 10. 13. in neruo iacere, Curc. V, 3. 40. in nerruum rapere, ibid. *v.* 45. in neruum correpere, Rud. III, 6. 34. in neruum nidamenta congerere, ibid. *v.* 50. neruo vinctum cuſtodiri, Capt. III, 5. 71. *translate per iocum:* condamus alter alterum in neruum brachialem, *de amplexu et oſculis*, Poen. V, 4. 99.

Neſcius, *pro, incognitus, ignoratus*, Capt. II, 2. 15. in locis neſciis neſcia ſpe ſumus, *i. e. in locis ignotis ſpe incerta ſumus atque dubia*, Rud. I, 5. 17.

Neſcire de aliqua re, Merc. II, 3. 48. *ſeq.*

Neu, neu, Trin. II, 2. 16. *conf. etiam* Ne.

Neu qui, *pro, ne qua, ne aliquo modo*, Trin. V, 2. 21.

Neuis, *pro non vis*, Pſeud. I, 5. 21. Moſt. III, 2. 75. Merc. I, 2. 39. Poen. V, 2. 119. Perſ. III, 1. 30. Trin. II, 2. 47. *et* V, 2. 32. Curc. I, 1. 82. neuolt, *pro, non vult*, Moſt. I, 2. 29. Trin. II, 2. 80. *et* 85. Epid. IV, 2. 16. *conf. etiam* Ne.

Ni, *pro, ne*, Men. I, 2. 1. Rud. V, 3. 63. ni metuis tu iſtanc, *pro, metuis ne*, Merc. IV, 5. 28. ni, *pro, niſi*, Amph. II, 2. 161. Curc. V, 3. 45. Epid. V, 2. 34. *et ſeq. et alibi.*

Nictare, *oculis ſignificare*, Aſin. IV, 1. 39. Men. IV, 2. 49. Merc. II, 3. 72.

Nidamenta, *omnia, e quibus aues nidos congerunt*, Rud. III, 6. 51.

Nidor culinae, *aura pinguis et odorata de cibis coctis, ſimilibusque rebus*, Moſt. I, 1. 5.

Nihil, *vel* nil, *pro, ne*, nil tu me ſaturum monueris, Curc. III, 1. 14. nihil me curaſſis, *i e. curaueris*, Moſt. II, 2. 93. *pro, non*, melius ſi nihil ſit tibi, Curc. II, 2. 15. me nihil poenitet, vt ſim acceptus, Bacch. V, 2. 63. *add.* Mil. IV, 2. 16. Pſeud. V, 2. 30. Stich. IV, 1. 10. Nihil agere, *nihil proficere, nihil promouere*, Curc. V, 3. 29. Epid. I, 2. 9. Trin. IV, 2. 134. nihil eſt, quod etc. *nulla cauſſa eſt, quare*, Aſin. I, 2. 20. Merc. II, 2. 46. nihil eſt, *nil iuuat*, Capt. II, 2. 94. iam nihil eſt, aut iam nihil erit, *i. e. omne peſſum ibit*, Capt. IV, 4. 13. nihil, *nullius frugis*, vt ſemper improbus nihilque ſis, Caſin. I, 1. 31. nihil quidquam, *plane nihil*, Bacch. IV, 9. 103. nihil in ea re captio

captio eſt, *i. e. nulla*, Epid. II, 2. 112.

Nihili homo, *nullius frugis, nulla re aeſtimandus*, Bacch. IV, 8. 63. *et* V, 2. 70. Trin. IV, 3. 6. *et alibi.* nihili, *ſubintell. homo*, Aſin. II, 4. 66. ille nihili, decrepitus, meus vir, Caſ. III, 2. 29. nimis nihili tibicen, Merc. I, 2. 15. nihili eſſe, Men. V, 6. 7. Bacch. I, 1. 58. *et* V, 2. 38. Moſt. I, 2. 77. Pſeud. I, 3. 10. *et alibi.*

Nihili facere, Bacch. I, 1. 56. Pſeud. IV, 6. 24. nihili fieri, Stich. IV, 2. 54. *pro caſtrari*, Mil. V, 1. 16.

Nihilo minus eſt, Pſeud. IV, 1. 27. nihilo plus, quam etc. Moſt. I, 3. 5. mea illud nihilo pluris refert, quam ſi etc. Bacch. III, 4. 20.

Nihilo factius, *vi.* Factius.

Nihilo ſecius haec mihi eſſe videntur, quam ſomnia, *vi.* Secus. Si ſeruus meus eſſes, nihilo ſecius, mihi obſequioſus ſemper fuiſti, *i. e. quaſi ſeruus meus etc.* Capt. II, 3. 57. *ſeq.*

Nimbatus, *nimbo*, *vel frontali faſcia tectus*; *quo quidem artificio frontis magnitudinem diſſimulabant*, Poen. I, 2. 135.

Nimio, *iungitur comparatiuis*, *e. g.* nimio celerius, Moſt. I, 1. 69. nimio citius, Trin. II, 2. 106. diſcipulus nimio docilior, Bacch. I, 2. 56. nimio facilius, Pſeud I, 3. 47. nimio melius, Perſ. I, 3. 31. Truc. II, 5. 17. nimio ocius, Stich. V, 5. 5. nimio rectius, Bacch, II, 3. 80. nimio plus, Bacch. I, 2. 14. nimio pluris facere, Trin. I, 1. 12. nimio ſatius, Trin. II. 2. 30. nimio minus miſerae, *i. e. multo minus*, Rud. I, 3. 1. Truc. II, 5. 3. nimio minus ſaeuus, ibid. III, 2. 5. nimio impertior multo tanta plus, quam ſperas, Stich. II, 2. 15. nimio minus multo parum, Bacch. IV, 4. 21. nimio n
Poen. I, 2. 90.

Nimis, *pro valde*, Amp
63. *et* II, 2. 198. Aſi
4. *et* III, 2. 43. Aulul.
Stich. II, 2. 50. *et a*
pius.

Nimium miris modis m
Trin. IV, 2. 86. nimiu
es barbarus, Bacch. I,

Niſi, *exceptioni inſeruien*
praeterquam. Amph. I,
Bacch. III, 2. 3. Moſt.
Aſin. IV, 1. 48. *et alib*
niſi forte, Aulul. III,
Capt. I, 1. 20, niſi ſi,
1. 20. niſi ſi, *pro*, *ni*
Curc. I, 1. 51. *ſeq.* Pſe
80. niſi, *pro*, *ſed*, T
3. 25. Aulul. II, 7. 3.
I, 3. 112. Pſeud. IV
Ciſt. I, 1. 5.

Nitere, *de aedibus*, Pſe
28. Nitere, *de ouib*
potius ſenibus, Bacch.
nitere nitide, Truc. II

Nitide accipere aliqu
prandio, Ciſt. I, 1. 11.
nitidiuſcule, Pſeud. II

Nitidus nitor, Caſin. I
nitidiuſculum caput, P
2. 84.

Niue - niue, Rud. III
et 18.

Nixum genibus obſecrar
III, 3. 33.

Nobilis homo, Trin. I
ſcelere nobilem fieri, I
2, 5. nobilis artibus in
Pſeud. IV, 7. 10.

Nocere alicui aliqua de
5, 1. 18. nocere noct
ſomno noctu capiendo;
ſaepe apud alios poeta
mno dicitur, Curc. II,

Noctes, *et* Noctu, *vi.* N

Noctuae vox, tu, tu, M
2. 90. *ſeq.*

Nocturna ora, *forte*, *n*
vt legi volunt aliqui,
2. 107.

Nocturnus, *i. e. Veſperus, dicitur pro Lucifero*, Amph. I, 1. 116.

Nodum in ſcirpo quaerere, *vi.* Quaerere.

Nomen mihi eſt Chryſalo, Bacch. IV, 4. 58. Arcturo, Rud. *prol. v.* 5. nomen fabulae eſt Theſauro, Trin. *prol. v.* 18. *coll. v.* 20. nomen eſt Lesbonico, Trin. II, 2. 110. Mulier, nomine quae eſt Phroneſium, Truc. *prol. v.* 12. Quid tibi nomen eſt? Men. III, 2. 33. *et ib.* V, 9. 71. Nomen, *pro ſyngrapha creditarum aut ſolutarum pecuniarum*, Iſtoc nomine, res ſoluta futura eſt, *i. e. omni obligatione liber erit, nec te vllus eo nomine amplius eſt petiturus. Hinc et*, Expungere nomen, *vi.* Expungere. Nomina contortiplicata, *vi.* Concortiplicata. Nomen atque omen quantiuis eſt pretii, Perſ. IV, 4. 73. Nomen nugatorium, Trin. IV, 2. 95.

Noſcere, *pro*, *intelligere*, Aſin. I, 1. 19. Aulul. III, 2. 27. *pro*, *cognoſcere*, *comperire*, Aulul. IV, 10. 51. Capt. II, 2. 40. Ciſt. IV, 2. 49. *et alibi. vſurpatur etiam de re Venerea*, Perſ. I, 3. 51. *ambiguo ſenſu*, Moſt. IV, 2. 13. Noſcere ſe ipſum, Pſeud. IV, 2. 17.

Noſter eſto, *formula laudantis*, *vel adblandientis*, Bacch. III, 3. 39. Mil. III, 3. 25. noſter cibus, *i. e. ſumptus*, Poen. III. 6. 15. Hic noſtra agetur aetas in malacum modum, *i. e. hic nos viuemus etc. conf. etiam* Malacus.

Notio, *cognitio*; quid tibi hanc notio eſt amicam meam? *i. e. quid tu notitiam habes amicae meae?* Truc. II, 7. 62.

Notus, *pro eo*, *qui nouit*, Pſeud. IV, 2. 39.

Nouitius et nuperus homo, Capt. III, 5. 60.

Nox, *pro concubitu*, Poen. I, 2. 62. Truc. I, 1. 21. Trin. II, 1. 21. nox ſpurca, *quae cum amica*, nox pura, *quae ſeorſum et ſine illa exigitur*, Aſin. IV, 1. 62. nox, *i. e. noctu*, nox ſi voles manebo, Aſin. III, 3. 7. Hac noctu, *pro hac nocte*, Amph. I, 1. 116, *et* 248, *et* 256.

Noxa, *vel* noxia, Poen. I, 1. 15. Trin. I, 1. 1. *bene agitur pro noxia*, Mil. V, 1. 23. teneo in noxa inimicos meos, Caſ. II, 8. 71. in noxia eſſe, Merc. IV, 3. 30. carere noxia, Bacch. IV, 9. 81. amittere alicui noxiam, Poen. I, 2. 191. remittere noxiam, Moſt. V, 2. 47. vacuum eſſe noxiis, Merc. V, 3. 23.

Nubere, Trin. *arg. v.* 9. nupta, Bacch. IV, 8. 11. nuptam eſſe cum aliquo, Amph. *prol. v.* 99. Aſin. V, 2. 20. Trin. I, 2. 20. nuptus *cum marito*, *de viro*, *qui ſub ſpecie feminae ducebatur*, Cas. V, 1. 6. quotidie viro nubere, *de meretrice* Ciſt. I, 1. 45. nubere viro, *de viro*, Pſeud. I, 3. 80. nuptum dare alicui, Stich. I, 2. 79. nuptum locare, Curc. *arg. v.* 8. nuptum collocare, Trin. III, 3. 7.

Nubis ater imberque inſtat, Merc. V, 2. 38.

Nuces frictae, *vi.* Frictus.

Nucifragibula, *pro dentibus*, *quibus nuces franguntur*, Bacch. IV, 2. 16.

Nugae, *Hebraicum et Syriacum vocabulum: notans proprie ea*, *quae canebantur in mortuorum laudem*; haec ſunt non nugae: non enim mortualia. Aſin. IV, 1. 63. *deinde quaslibet res*, *atque dicta frivola.* Nugae iſtaec ſunt, Capt. V, 2. 16. Pſeud. I, 3 9. Truc. II, 1. 21, *et alibi.* Nugae theatri, Pſeud. IV, 6. 19. nugas agere, Aul. IV, 4. 11. Ciſt. II, 3. 39, *et alibi.*

Blatire

Obnoxie perire, *non quidem funditus perire; Iudices ſupremi enim condemnare ſolebant reos plane, non obnoxie: illi vero, vnde adpellatio erat ad ſuperiorem iudicem, plane condemnare non poterant, ſed obnoxie tantum.* Stich. III, 2. 41.

Obnoxioſum eſſe alicui, Trin. IV, 3. 31. nihil obnoxie, Epid. V, 2. 30. *conf.* Obnoxie.

Obnoxius filio et ſeruo, Bacch. V, 2. 80. Poen. V, 4. 18. *et* III, 1. 15. Mil. III, 1. 151. Trin. IV, 2. 56. *ſeq. pro eo, qui eſt culpae, vel noxae adfinis*, Stich. I, 1. 44. Truc. IV, 3. 61.

Obolere, *obſeruari, deprehendi, vt res quaedam odore deprehenduntur*, Caſin. IV, 4. 16. Amph. I, 1.165. oboluit marſupium huic, Men. II, 3. 33. obolere allium, Moſt. I, 1. 38.

Obrodere aliquid, Amph. II, 2. 92.

Obrepere imprudenti, *fallere aliquem*, Trin. I, 2. 23.

Obſcaeuare, *in malam partem, infelicia ominari, malis et inauſpicatis vocibus vtendo, Gr.* δυσφημεῖν. Aſin. II, 1. 18. *in bonam partem, pro omine*, Stich. III, 2. 8.

Obſecrare, Trin. I, 2. 139. Truc. II, 7. 35. obſecrare ab aliquo, Bacch. IV, 9. 102. obſecrare per genua alicuius, Truc. IV, 3. 52. obſecrare per dexteram et per ſororem laeuam, per oculos *etc.* Poen. I, 3. 8. *ſeq.* obſecro noſtram fidem, Moſt. II, 2. 97. obſecro ecaſtor, Amph. II, 2. 180. obſecro hercle, Aſin. I, 1. 14, *et* 26. Capt. III, 5.22. *et alibi. conf.* Reſecro.

Obſequens obediensque mori atque imperiis patris, Bacch. III, 3. 55. obſequens magiſtro, Curc. II, 2. 8. dea obſequens, *i. e. fauens, benigna*, Rud. I, 5. 3.

Obſequelam facere, Aſin. I, 1. 50.

Obſequi animo ſuo, *indulgere genio*, Poen. I, 1. 48. Bacch. III, 3. 12. cordi atque animo ſuo obſequens, Pſeud. V, 1. 26. amori obſequi, Trin. II, 1. 5. volo amori eius obſecutum, *paſſiue*, Aſin. I, 1. 62.

Obſequioſus alicui, Capt. II, 3. 58.

Obſequium animo ſumere, *i. e. obſequi animo ſuo*, Bacch. IV, 10. 7. *ſeq.*

Obſerere, *de frumento*, Trin. II, 4. 129. obſerere mores malos, ibid. *v.* 130, *et ſeq.* obſerere aerumnam grauem in feminam, *grauidam facere*, Epid. IV, 1.30. obſerere pugnos, Men. V, 7. 23.

Obſeruare, *pro, cuſtodire*, Mil. II, 3. 57. Aſin. II, 2. 7. *pro explorare, ſpeculari*, Men. I. 2. 13, *et* V, 2. 38. Truc. IV, 1, 11.

Obſeruationi operam dare, Mil. II, 6. 5.

Obſidere, *pro, ſedere*, Poen, *prol. v.* 23. obſidere oſtium, *inſidere*, Truc. IV, 4. 17.

Obſidium facere Ilio, Bacch. IV, 9. 24. curre in obſidium perduelleis; *lectio valde ſuſpecta, quam nonnulli mutant in: perdue (i. e. perde) illos. Si vulgata ferenda videantur, ſenſus erit: curre ad obſidendos, vel, vt obſideas perduelles.* Mil. II, 2. 67. tuo tergo obſidium adeſt, ibid. *v.* 64.

Obſignare libellum, Pſeud. II, 4. 16. *epiſtolam*, Pſeud. IV, 2. 43. *et* IV. 7. 105. *conf.* Imago. obſignare tabellas, Bacch. IV, 9. 11. ſymbolum, Pſeud. IV, 6. 30.

Obſipare

ılam, *adſpergere*, *pro*, *recreare*, *vt* *i adſperſa aqua non-* *reari ſolent.* Ciſt. ıq.

ro conſiſtere, *et ob-* iL II, 3. 62. ob- ietate non poteſt, *ıate quidem*, *aut* *npediri poteſt*, *quo* *more ſuo.* Pſeud. I,

ıbſolute, *pro obſo-* , *vel emere*, Aul. apt. III, 1. 14. ob- ıcibiliter, *obſonia* *ıte*, *et ſumtuoſe*; *ıim erat*, *conuiuio* *care.* Moſt. I, 1. Pollucere. bene Men. II, 2. 1. ob- nium, Stich. III, bſonia properare, . 55. obſonare ali- e, Pſeud I, 2. 74. *ıaſſiue*, Men. I, 3. ıto, obſonatum no- entum obſonium, . 63. hoc ad eas tum eſt, ibid. I, *mentialiter*, Aulul.)bſonatum mittere, 8. 5. obſonatum Mil. III, 1. 154.

nomen ſubſtant. 2. 27.

Merc. IV, 4. 39, um curare, Merc. .. *ſeq. conf. etiam*,

ıotum ſorbere, Truc.

finitatem, *i. e. ad-* *licuius obfirmato ani-* *e*, Aulul. II, 2.

aliquem adgredi, 10.

, *obſtupeſcere*, Poen.

lo aliquem trahere, , 2. 72.

Obſtringere collum, Curc. V, 3. 15, *et* 29. *ſeq.*

Obſtrudere, *auide veſci*, *verbum paraſiticum*; Stich. IV, 2. 13.

Obſtupidus, *quaſi attonitus*, *ſtupenti ſimilis*, Mil. IV, 6. 39.

Obtegere errata, Trin. III, 2. 23.

Obterere, *deuincere*, *contemtui exponere*; pugnae meae proeliares plurimae obtritae iacent. Curc. IV, 4. 17.

Obteſtari quem per genua ipſius, Rud. III, 2. 13. *per crura*, *et talos*, *et tergum*, ibid. III, 2. 21.

Obtigere, *pro*, *tegere*, Moſt. I, 3. 8.

Obtorto collo ad praetorem rapi, *vel* trahi, *i. e. veſte ad collum prehenſa*, *et adſtrictis faucibus trahi*, Poen. III, 5. 45. Rud. III, 6. 15, *et* 30.

Obtrudere palpum alicui, *arte et fuco decipere*, Pſeud. IV, 1. 35.

Obtruncare aliquem, Amph. I, 1. 259, *et* IV, 3. 16. Mil. II, 5. 5, *et alibi.*

Obtueri, *pro*, *intueri*, Moſt. I. 1. 66. *et* III, 2. 151. *et* 154. Mil. IV, 6. 56. *pro*, *contra intueri*, Amph. III, 2. 19.

Obuagire, *proprie agnorum ac haedorum eſt*, Poen. *prol.* *v.* 31.

Obuiam occedere, Stich. V, 2. 24. obuiam accedere, Trin. V, 2. 14. obuiam praecurrere, Men. V, 8. 8. obuiam obſiſtere alicui, Amph. III, 4. 2.

Obuigilato opus eſt, Bacch. III, 2. 14.

Obuoluere caput, *ſollemne olim erat*, *ſi quis in re turpi deprehendebatur*; *atque item in rebus deſperatis*, Moſt. II, 1. 77.

Occaecatus Sol *prae candoribus corporis meretricis alicuius*, Men. I, 2. 66. *ſeq.*

Occare, *proprie eſt, glebas crate inducta confringere, et ſemina profundius condere*, Merc. *prol. v.* 71. Capt. III, 5. 5.

Occator ſcelerum, Capt. III, 5. 4.

Occaſio nunc et tempus eſt, Pſeud. IV, 2. 3. Poen. *prol. v.* 42. facere occaſio eſt, Poen. V, 4. 42. nunc adeſt occaſio, benefacta cumulare, Capt. II, 3. 63. *ſ.* occaſionem capere, Pſeud. IV, 3. 6. occaſionem reperire alicui rei, Trin. III, 3. 28. opprimere occaſionem, Aſin. II, 2. 15. occaſioni tempus ſe ſubterducit, Aſin. II, 2. 12.

Occaſus Sol, *paſſ.* Epid. I, 2. 41. Men. V, 7. 33.

Occedere, *obuiam procedere*, Aſin. II, 3. 24. Stich. V, 2. 24. occedere in conſpectum alicuius, Moſt. V, 2. 4.

Occentare oſtium, *conuiciari alicui ante oſtium*, Pers. IV, 4. 20. Merc. II, 3. 73. Curc. I, 2. 57.

Occeptare, Men. V, 5. 18. occeptaſſit, *pro, occeptauerit*, Rud. III, 4. 71.

Occidere, *pro, perdere*, Bacch. II, 3. 79. Pſeud. IV, 1. 21. occidere aliquem fabulis, Men. V, 5. 23. Aulul. II, 8. 23. *conf. etiam*, Occiſus.

Occidere, *perire*, Aulul. IV, 9. 1. Caſ. III, 5. 1, *et* V, 3. 3, *et* V, 4. 8. Moſt. II, 1. 22. Merc. V, 1. 4. *et alibi ſaepius.* Pulchre occidi, Curc. I, 3. 58. occidi planiſſume, Stich. II, 2. 76. dolus occidit, *euaneſcit, fruſtratur*, Truc. II, 5. 6. occidit ſpes noſtra, Moſt. II, 1. 3.

Occillare alicui os, *ab occare; i. e. os pugnis frangere et contundere*, Amph. I, 1. 28.

Occipere, Amph. I, 1. 121. Ciſt. I, 70. Epid. I, 1. 12, *et* II, 2. 52. Stich. V, 5. 19. Bacch. II, 3. 53, *et alibi.* Occepſo, *pro, occepero*, Amph. II, 2. 41. Caſin. V, 4. 22. occeptum eſt, Pſeud. IV, 1. 13.

Occiſus, *qui plane periit*, Bacch. I, 2. 53, *et* IV, 4. 30. occiſiſſumus omnium, Caſin. III, 5. 52. occiſa eſt haec res, *actum eſt*, Capt. III, 4. 7. Pſeud. I, 5. 8. Men. III, 2. 46.

Occlamitare, Curc. I, 3. 27.

Occludere aedes, Amph. IV, 1. 10. Moſt. II, 1. 58. oſtium, ibid. *v.* 78. ianuam, ibid. II, 2. 14. occluſti, *i. e. excluſiſti* linguam, Trin. I, 2. 151. occluſior ſtultiloquentia, ibid. *v.* 185. occluſiſſimum oſtium. *vi.* Oſtium.

Occultaſſis, *pro, occultaueris*, Trin. III, 2. 1.

Occupare, *anteuertere*, Pſeud. IV, 1. 15. Poen. I, 2. 107. occupemus ferre oſculum aduorſum hominem, Stich. I, 2. 32. occupare ſibi conſilium, *praecipere, ante capere*, Men. V, 2. 94. occupare, *pro deligere*; Trin. V, 2. 11. occupare aram, *perfugium ſeruorum; quoniam qui ad aram confugerunt, in ius vocari non poterant*, Moſt. V, 1. 45. occupare pecuniam, *vel foenori locare, vel cum merce quadam commutare, vt quaſi exerceatur, nec otio langueſcat*, Epid. II, 2. 113. occupare ſe ad aliud negotium, Pſeud. I, 5. 135. operam mihi da, niſi quid magis es occupatus, Moſt. IV, 3. 14. *ſeq.* occupaſſis, *pro, occupaueris.* Moſt. V, 1. 48.

Oculata die emere, *vi.* Dies.

Oculatus teſtis vnus pluris eſt, quam auriti decem, Truc. II, 6. 8.

Oculeus,

Oculeus totus, *plenus oculis*, Aul. III, 6. 19.

Oculicrepidae, *quorum oculi pugnis crepant; ioculariter fictum.* Trin. IV, 3. 14.

Oculitus amare, *Fragm.* Cornic. *v.* 7.

Oculiſſimus homo, *oculis carior*, Curc. I, 2. 28.

Oculos alicuius in oculis habere ſuis, *adcurate aliquem obſeruare*, Pſeud. III, 2. 68. oculi acuti, Pſeud. IV, 7. 121. oculi duri, *cuiusmodi illorum ſunt, quos bilis atra vexat.* Men. V, 5. 24. oculi herbei, *vi.* Herbei. Oculis limis adſpicere, *non recta, ſed transuerſa facie aliquid intueri*, Mil. IV, 6. 2. oculi lippi, *lacrimantes*, Bacch. IV, 8. 72. oculi noctuini, *glauci, quos Romani non perinde magnifaciebant, vti nigros;* Curc. I, 3. 35. emiſſitii, *qui huc atque illuc excurrunt, et omnia curioſius obſeruant*, Aulul. I, 1. 2. oculi hiantes, *i. e. patentes, per iocum; clauſis enim oculis videre nihil poſſumus,* Merc. I, 2. 71. oculi pumicei, *aridi, vt pumex, qui propterea flere non poſſunt*, Pſeud. I, 1. 73. oculi ſcintillantes, Men. V, 2. 77. pernigri, Poen. V, 2. 153. oculi truculenti, Aſin. II, 3. 21. Oculi dolere *dicuntur iis, qui, quum videant iucundum et amoenum aliquid, eo perfrui non poſſunt*, Aſin. V, 1. 4. Moſt. IV, 2. 10. oculi exſtillant, *dum lacrimas fundunt*, Pſeud. III, 2. 29. oculi ardent, *vt iratis fere et inſanis accidere conſueuit*, Capt III, 4. 62. oculi virent, *color morboſorum*, Men. V, 2. 76. oculis epulas dare, *aſpectu meretricum in aede Veneris*, Poen. V, 4. 2. oculis concipere magna bona, Poen. I, 2. 65. oculis aſtute inueſtigare, Ciſt. IV, 2. 26. oculis vti, *rectum cernere, non falli videndo*, Epid. I, 1. 4. oculis eſſe indomitis, *oculis moderari non poſſe*, Bacch. IV, 9. 92. oculis malis eſſe, *i. e. malignis*, Truc. II, 7. 36. oculis ſignum dare alicui. Mil. II, 1. 45. oculis ſatis plane videre, Trin. IV, 3. 64. oculis contra adſpicere, Caſin. V, 3. 2. oculis vtilitatem obtinere, *recte cernere, oculorum vſum habere integrum*, Epid. V, 1. 28. oculos corrumpere, Amph. I, 3. 32. oculos delectare munditiis meretriciis, Poen. I, 1. 64. oculos effodere alicui, Aulul. II, 2. 12. oculos effodere diei, *lucem eripere*, Capt. III, 1. 4. Excludere alicui oculum, *excutere, vel effodere*, Pſeud. I, 5. 95. oculus, *pro eo, qui eſt cariſſimus*, Moſt. I, 3. 153. *in blanditiis amantium*, Ciſt. I, 1. 55. Mil. IV, 8. 20. Curc. I, 3. 47. *et alibi.*

Odioſicus, *nomen fictum*, Capt. I, 1. 19.

Odioſus, *moleſtus*, Curc. I, 1. 7. Bacch. I, 2. 28. Mil. II, 5. 17. Men. III, 2. 37. Aulul. II, 1. 4. *et alibi.* Odioſae res, Mil. IV, 2. 65. odioſa amatio, Caſin. II, 5. 20. odioſa oratio, Merc. III, 4. 23. odioſa ingrataque dona, Truc. IV, 1. 7. odioſe eſſe, Truc. II, 7. 57. odioſe facere, Bacch. IV, 9. 139.

Odiſſe ſemet ipſum, *damnare mores atque facta ſua*, Bacch. III, 3. 13.

Odium, *pro taedio*, Truc. II, 5. 14. *pro moleſtia*, Aſin. V, 2. 71. Bacch. II, 2. 35. *pro odioſa loquendi importunitate*, Aſin. II, 4. 40. *pro odioſo homine*, Truc. II, 1. 1, *et* II, 2. 65. Curc. I, 3. 35. deorum odium atque hominum, Rud. II, 2. 13. terrae odium, *nullius frugis, inutile terrae pondus*, Bacch. IV, 7. 22. *et* 24. odium populi, *quem omnis populus odit*, Mil. III, 3. 49. odium meum, *pro eo, qui alterum odio habet*, Poen. I, 2. 139. odio habere, Pers. II, 2. 24. Men. I, 2. 2.

et alibi. odio eſſe, Epid. I, 1. 2. Merc. I, 1. 80. Men. I, 2. 2. Pſeud. V, 1. 19. *ſeq.* Poen. *prol. v.* 51. Poen. IV, 2. 100. Trin. III, 2. 6. odio, et malo, et moleſtiae eſſe, Curc. IV, 2. 15.

Odor, *vel* Odos, Curc. I, 2. 5. Capt. IV, 2. 35. Pſeud. III, 2. 52, *et ſeq.* odores incendere, Men. II, 3. 3. odor Arabius murrhinusque, Poen. V, 4. 6 Arabico fumificare odore, Mil. II, 5. 2. odor illutibilis, *vi.* Illutibilis.

Oedipo coniectore huic orationi opus eſt, *i. e. homine prorſus ſapiente ac ſollerte; Oedipus enim, Laii, regis Thebarum, filius, ſolus Sphingis aenigma ſoluit*, Poen. I, 3. 34.

Offa, *fruſtum carnis*, Poen. V, 4. 65. offa me monet, *de paraſito, qui monitore alio, praeter offam, opus non habet; cuiusmodi verba facturi, ſi forte haeſitaret memoria, adhibere ſolebant.* Mil. I, 1. 49. offa penita, *offa porcina cum cauda*, Mil. III, 1. 165. offatim conficere aliquem, *i.e. fruſtatim*, Truc. II, 7. 52.

Offerre caput ſuum vilitati pro capite alterius, *i. e vile ducere et aeſtimare caput ſuum pro etc.* Capt. II, 1. 33. *ſeq.* offerre alicui moram, *remorari aliquem velle*, Poen. IV, 2. 30.

Offerumentae, *femin. genere;* offerumenta Feſtus dicta eſſe docet ea, *quae diu offerebantur. Tranſlate apud noſtrum vſurpantur pro plagis, quae ſcapulis et tergo offeruntur* Rud. III, 4. 48.

Officium meretricium, *alienis viris ſubblandiri*, Caſin. III, 3. 22. officium *lenonis, fidem perdere*, Pſeud. I, 3. 141. *et* 143 officium *ſeruorum, fugere*, Aſin. II, 2. 113. officium facere, Stich. I, 1. 7 *et* 39. Truc. II, 4. 82. Amph. II, 2. 89. vti officio viri improbi, Ibid. *v.* 14. officium ſuum colere, ibid. I, 1. 34. *ſeq. et v.* 39. qui officium ſuum facere immemor eſt, Pſeud. IV, 7. 3. curare officium ſuum, et efficere, Bacch. IV, 4. 108. meminiſſe officium ſuum, Trin. III, 2. 71. officium ſuum lepide efficere, Truc. IV, 2. 1.

Offirmare, *vi.* Obfirmare.

Offlectere nauem, *in aliam partem flectere*, Rud. IV, 4. 74.

Offrenatum aliquem ductare dolis, *quaſi capiſtro ori iniecto dolis devincire, et quoquouerſus ductare*, Capt. III, 5. 97.

Offucia, *num. ſingul. faciei medicamentum*, Moſt. I, 3. 107. ſublinere os alicui offuciis, *vanis promiſſis decipere*, Capt. III, 4. 123.

Offundere aquam, *i. e. aqua adſpergere, velut animo deficientibus facere ſolent, ad ſenſum et vires reuocandas*, Trin. IV, 4. 85.

Oggganire eadem centies, Aſin. II, 4. 16.

Oggerere herbas bobus, Pſeud. III, 2. 23. amor oggerit amarum ad ſatietatem vſque, Ciſt. I, 1 72. oggerere oſculum alicui, Truc. I, 2. 8.

Οἴχεται *argentum, i. e. vadit, proficiſcitur*, Trin. II, 4. 17.

Olant, *vi.* Olere.

Olea in tryblio, *inter cibos conuiuii ſeruilis*, Stich. V, 4. 9.

Olearii, *qui oleum vendunt*, Capt. III, 1. 29.

Olfactare, Men. I, 2. 56.

Olere, *ſecundae flexionis, odorem ſpirare*, Poen. I, 2. 35. Men. I, 2. 55. Mulier recte olet, vbi nihil olet, Moſt. I, 3. 116, *et* 121. vt olet, vt nitide nitet! *de meretrice*, Truc. II.

. II, 4. 3. manus olent ar-
im, *ex contrectatione ar-*
, Moſt. I, 3. 111. olere
n, ſcortum, prandium,
I, 2. 59. olere murrham,
V, 2. 79. olet homo qui-
malo ſuo, *odor hominis*
ares meas peruenit malo
, Amph. I, 1. 165. au-
huic olet, Aulul. II, 2.
Olere, *tertiae declinatio-*
Moſt. I, 1. 41. olant, *pro*,
, Poen. I, 2. 56.

Pſeud. I, 2. 85. Oleum
eſt, Truc. V, 1. 14. o-
et operam perdere, Poen.
.19.

aduerb. notans omne tem-
Mil. I, 1. 2. Poen. I, 2.
Truc. I, 1. 46. *praeteri-*
Capt. IV, 2 91. Truc.
5. *futurum*, Trin. II, 4.

Trin. II, 4. 7. *tralato*
Mil. II, 2. 38.

condimentum in ebrietate
ens, Curc. I, 1. 90.

iamis, *oliueta multa*, *et*
ia, Pſeud. I, 2. 77. o-
emere die caeca, Pſeud.
7. *conf.* Die.

um, *malum et ingra-*
Pſeud. III, 2. 25.

, *vrbs Graeciae in Elide*
ueſi, *vbi ludi et certa-*
ymnica in honorem Iouis
quoque anno recurrente
antur, Caſin. IV, 1. 1.
II, 1. 34. Olympicae
mae, Trin. II, 4. 23.

quaſi omen, *diuinatio rei*
, *quae ex ore hominis*
itur; Moſt. II, 2. 33.
atque omen quantiuis
tii, Perſ. IV, 4. 73.
are alicui omen, *reli-*
men captanti inauſpica-
iquid obiicere, Caſin. II,

r, *coniector*, Amph. II,

vniuerſi, Trin. IV, 3.
. omnis, *pro*, *totus*, in
omni vrbe, Epid. II, 2. 29. Aſin. *prol. v.* 4. Moſt. III, 3. 15. *et alibi.*

Onagos, *Aſinarius*, *aſinorum ductor*, *nomen fabulae*, Aſin. *prol. v.* 10.

Onerare, *implere*, onerare aliquem laetitia, Capt. IV, 2. 47. amoenitate amoena, Capt. IV, 1. 7. hilaritudine, Mil. III, 1. 83. voluptatibus, Stich. IV, 1. 27. onerare dictis, *i. e. conuiciis*, Merc. V, 4. 17. maledictis, Pſeud. I, 3. 123. malignitate, Capt. III, 1. 5. praeceptis, Mil. III, 3. 29. pugnis, Amph. I, 1. 172. onerare ſibi potione vinoea gulam, *laqueo gulam frangere*, Stich. IV, 2. 56. probe oneratus, *moleſtia affectus*, Mil. III, 3. 61.

Oneri vberi eſſe, *vbertim oneratum eſſe*, Pſeud. I, 2. 64. habere et ferre onus cum labore, Amph. I, 1. 21.

Onuſtus, *Satur*, Merc. IV, 4. 6. oleo onuſtus, Pſeud. I, 2. 82. onuſtus praeda, Bacch. IV, 9. 146. portare pectus onuſtum laetitia lubentiaque, Stich. II, 1. 3.

Ope veſtra, *pro*, *opibus veſtris*, Capt. *prol. v.* 15. opem auxiliumque ad aliquam rem arripere, Mil. II, 2. 65.

Opera, *pro officio*, *vel labore*, *quem in aliqua re ponimus*. Ciſt. I, 1. 53. mea opera atque aſtutia, Capt. III, 5. 21. *in re turpicula*, opera nocturna, Aſin. III, 3. 8. operae *meretricis*, ibid. III, 3. 131. opera allaudabilis, proba, ſapiens, et ſobria, Perſ. IV, 5. 1. *ſeq.* adiutabilis, Mil. IV, 4. 8. opera nimium feſtiua, Mil. II, 6. 108. opera ſerua, Perſ. II, 4. 9. dedita opera, Ciſt. IV, 1. 18. frequens, Ciſt. I, 1. 7. opera bona, Pſeud. I, 1. 102. opera, *pro audiendi patientia*, ſi videam, tibi eſſe operam aut otium, Merc. II, 2. 15. ſi opera eſt auribus, Merc. I, 1. 14. aurium operam alicui dicare,

dicare, *pro*, *auſcultare*, Bacch. IV, 9. 72. ſermoni alicuius operam dare, *id.* Epid. II, 2. 54. Eſt operae, auribus percipere, *i. e. operae pretium*, Caſin. V, 2. 5. operae non eſt, *conſultum non eſt*, Merc. V, 2. 77. operae pretium, Amph. *prol. v.* 151. Rud. IV, 3. 10. Mil. I, 1. 31. operam dare, *pro auſcultare*, Aulul. II, 2. 22. Ciſt. I, 3. 6. Pſeud. IV, 7. 70. *et alibi ſaepius*; *pro* iuuare, adiuuare, Pſeud. I, 3. 149. Perſ. IV, 4. 62. Poen. V, 2. 55. *et alibi*; *pro*, *mandata vel negotia alicuius exſequi*, Aulul. IV, 7. 18. Mil. I, 1. 77. Bacch. I, 1. 65. *et alibi.* bonam alicui operam dare, Poen. III, 3. 70. *et* III, 6. 11. Perſ. IV, 7. 11. operam malam dare, Capt. III, 5. 43. operam dare negotio, Mil. I, 1. 71. operam dare rei quaerendae, Merc. III, 2. 8. operam dedere alicui, Bacch. I, 1. 60. operam addere, Perſ. IV, 4. 77. operam alicuius emere pretio pretioſo, Epid. I, 2. 17. ludere operam ſuam, Caſin. II, 7. 2. Pſeud. I, 4. 135. operam perdere, Epid. I, 2. 29. Bacch. I, 2. 24. Moſt. I, 2. 56. Poen. IV, 2. 58, *et alibi.* oleum et operam perdere, Poen. I, 2. 119. operam melius ponere, Moſt. I, 3. 145. operam et hoſpitium alicui praehibere, Perſ. IV, 3. 41. ſumere operam nimio opere, Curc. IV, 1. 7. Men II, 1. 19. operam reddere, Poen. IV, 2. 31. in nulla opera gratuita eſſe, Ciſt. IV, 2. 74. operae ne parcere ſuae, Moſt. I, 2. 22. operam vxoris polliceri foras, Caſin. III, 2. 21. opera eſſe parcum ſua, Rud. IV, 1. 14. operam facere ludos, *i. e. laborare nequidquam*, *fruſtra operam dare*, Rud. IV, 1. 9. haud cenſebam, iſtarum eſſe operarum patrem, Merc. IV. 5. 13.

Operire, (*a pario*,) *claudere*, Trin. III, 3. 75. operire capita, *i. e. tegere*, Poen. III, 4. 34. operta quae fuere, aperta ſunt, Capt. III, 3. 9.

Operiri, *vel* opperiri, (*ab antiquo et obſoleto* perior) *exſpectare*, Aulul. IV, 7. 18. Ciſt. II, 3. 48. Mil. II, 3. 32. Pſeud. I, 2. 38. Truc. II, 3. 5. *et alibi.* id ſum opperitus, Moſt. III, 2. 101.

Opes, *facultates*, *diuitiae*, Stich. V, 4. 8. opes argentariae, Epid. V, 2. 7. opes aequabiles cum *opibus alterius*, Capt. II, 2. 52. *pro contentione et labore*, opibus experiar, Aſin. I, 3. 92. ſummis opibus atque induſtriis aliquid cupere, Moſt. II, 1. 1. *ſeq.* ex ſummis opibus viribusque usque experiri, niti, Merc. I, 2. 1. *ſeq.* opes vitae meae iacent ſepultae in pectore, Amph. V, 1. 1.

Ophthalmia, *piſcis ab oculorum magnitudine ſic adpellatus*, Capt. IV, 2. 70.

Opificina, *pro officina*, Mil. III, 3. 7.

Opimitates maxumae, *pro rebus adfluentibus et abundantibus*, Aſin. II, 2. 16. Capt. IV, 1. 2.

Opiparus, *fortunatus*, *praeſtans*, Perſ. IV, 4. 1. Capt. IV, 1. 2. res alicuius opiparas reddere opera ſua, Poen. I, 1. 4. domus inſtructa opime atque opipare, Bacch. III, 1. 6.

Oppectere *cibos*, *digitis quaſi circumcarpere*, *et comedere*, Perſ. I, 3. 31.

Oppetere peſtem, *i. e. mortem*, Aſin. I, 1. 7.

Oppido, *pro valde*, *admodum*, Aſin. II, 2. 21. Mil. III, 1. 33. Mil. III, 1. 40. Pſeud. I, 5. 10. Moſt. I, 2. 56. *et alibi*; *pro utique*, *certe*, Bacch. IV, 4. 30.

Oppingere ſauium, Curc. I, 1. 60.

Opplere aures vaniloquentia, Rud. IV, 1. 14. opplere praeda, Pſeud. II, 1. 14. aedes

opplere

opplere ſpoliis, Truc. II, 6. 41. oppleta tritici granaria, ibid. *v.* 42.

Opponere, *in ludo, ponenti pignus aliquod in vicem ponere, tanquam aliud pignus*, Curc. II, 3. 77.

Opportunitas, Epid. II, 2. 19. o mea opportunitas! Men. I, 2. 28. Curc. II, 3. 26. ipſa Opportunitas non potuit mihi opportunius aduenire, Pſeud. II, 3. 3.

Opprimere occaſionem, *ſubito arripere, vt elabi nequeat*, Aſin. II, 2. 15. opprimere aliquem, *in facto quodam, vel flagitio deprehendere*, Caſin. V, 4. 17. Rud. II, 4. 35. *pro, pervincere*, Mil. IV, 5. 10. opprimere et enicare, Bacch. IV, 8. 26.

Opprobramentum, Merc. II, 3. 87.

Opprobrare, *probrum obiicere*, Truc. II, 2. 25. Rud. III, 4. 28. Perſ. II, 2. 11. *et alibi.*

Oppugnare conſilia alicuius, Moſt. III, 1. 155. cor retunſum eſt oppugnando pectore, *cor palpitatione retundens pectus et ipſum retunſum, vel retuſum eſt.* Pſeud. IV, 4. 8. ire oppugnatum aliquid, Bacch. V, 2. 52.

Ops, *vel* Opis, *ſoror et uxor Saturni, alio nomine, Terra, Rhea, Cybele, et Mater deûm*, Mil. IV, 2. 90. Perſ II, 3. 1. Bacch. IV, 8. 52. Ops opulenta Iunonis auia, *ſimulato errore in perſona adoleſcentis; Ops enim Iunonis mater, non auia*, Ciſt. II, 2. 39.

Optare, *pro cupere*, Aſin. III, 3. 18. Aulul. *prol. v.* 11. optaſſis, *pro optaueris*, Mil. III, 1. 75. optati ciues, Aulul. III, 1. 1. optata, *cupita, vota*, Aſin. III, 3. 34. Capt. II, 2. 105.

Optato, *adverb.* Amph. II, 2. 26.

Optimi maximi, Men. IV, 2. 3. factum optimum, Pſeud. I, 2. 52.

Optio, *verbum militare; idem, qui antea Accenſus dicebatur, centurioni a tribuno militum veluti adiutor dari ſolitus. Hinc pro omni uſurpari coepit, qui alteri quamcunque vicariam operam praeſtat.* Aſin. I. 1. 88.

Optio, *electio*, Caſin. II, 4. 13. Mil. III, 1. 75. Trin. IV, 3. 46.

Opulentia, *diuitiae*, Rud. *prol. v.* 12. opulentiae. *num. plur.* Bacch. III, 4. 22. Trin. II, 4. 89.

Opulentitas, Mil. IV, 4. 35.

Opus, *ἔργον, quaſi proprium negotium*, Pſeud. I, 2. 7. *pro officio*, id viri docti eſt opus, Moſt. II, 1. 65. *pro negotio et moleſtia*, vbi amici, ibidem opus, Truc. IV, 4. 32. *pro labore;* opere immundo ruſtico exerceri, Merc. I, 1. 65. *pro re*, miſerum eſt opus, Moſt. II, 1. 32. *pro re venerea*, opere foris faciendo laſſum noctu aduenire, Aſin. V, 2. 23. efficere opus, Pſeud. IV, 1. 36. opus omne ſuum perpetrare, ibid. V, 1. 24.

Opus eſt, *iungitur cum nominatiuo;* helleborum his opus eſt, Pſeud. IV, 7. 89. talentum auri opus eſt, Mil. IV, 2. 69. bonum mihi opus eſt, Ciſt. IV, 2. 40. Oleum opus eſt, farina opus eſt, Truc. V, 1. 14. *cum accuſatiuo;* puero opus eſt cibum, Truc. V, 1. 10. *cum ablatiuo;* viſo opus eſt, cauto opus eſt, Capt. II, 1. 29. Ciſt. II, 1. 55. Moſt. IV, 2. 22. opus eſt facto, Merc. III, 3 4. Poen. I, 2. 106. opus eſt inuento, Bacch. II, 2. 41. opus eſt igne, opus eſt carbonibus etc. Truc. V, 1. 12. opus eſt ſpeculo, Moſt. I, 3. 94.

Orare, *rogare*, Caſ. V, 4. 21. Rud. III, 2. 15. oratus ſum ad

te venire huc, Mil. V, 1. 12. oraſſis, *orauerit*, Epid. V, 2. 63. *vi. etiam*, Velatis manibus.

Oratio, *pro dictis*, *aut verbis*, Epid. I, 2. 14. *pro quouis ſermone*, Aſin. I, 3. 52. *pro loquendi formula*, Mil. III, 1. 156. oratio creta, *vi.* Creta. Oratio intorta, Ciſt. IV, 2. 64. Veneris mera eſt oratio, Stich. V, 5. 7. modeſte orationem praebere, Poen. V, 4. 51. orationis aciem contra conferre, *colloqui cum aliquo*, Epid. IV. 1. 20.

Orator, *pro eo*, *qui deprecatur*, *et exorat*, Poen. I, 2. 145. *et* 171. orator nimis quam catus, Moſt. V, 2. 21. orator impetrabilis, *qui facile optata impetrat*, ibid. *v.* 40. orator optimus, Bacch. IV, 9. 57. oratores ſunt populi ſummi viri, Stich. III, 2. 34.

Oratrix, Mil. IV, 2. 80.

Orbitas; liberos in orbitatem producere, *liberos ſic educere*, *vt pater illis*, *atque illi patre orbati viuant*, Capt. III, 5. 105.

Orbus auxiliique opumque, Rud. II, 3. 19.

Orcus, *rex inferorum*, *qui et Dis et Pluto dicitur*, Pſeud. III, 2. 6. Poen. I, 2. 131. Capt. II, 2. 33. *et alibi*; ſacruficare orco hoſtiis, Epid II, 1. 7. orcus, *pro aedibus meretriciis*, Bacch. III, 1. 1.

Oreſtes, *Agamemnonis regis et Clytemneſtrae filius*, *qui*, *vt patris caedem vlciſceretur*, *fuit matricida*, *atque furiis exinde agitatus eſt*, Capt. III, 4. 30.

Ornamenta, *pro dolis*, Poen. I, 3. 16. *pro veſtitu*, *et quidquid alicui ſuppetit*, Stich. I, 3. 18. Pſeud. I, 3. 109. Perſ. II, 1. 79. Trin. IV, 2. 16. ornamenta *meretricia*, Moſt. I, 3. 91. Truc. II, 2. 63.

Ornare ſe, *induere ſe veſtibus*, Epid. II, 2. 10. ornari, *pro inſtrui*, Capt. III, 1. 87. de veſtitu comico, Poen. *prol. v.* 123. peſſime ornatus, *peſſime habitus*, Aulul. IV, 9. 10. ornatus haud ex ſuis virtutibus, *i. e. non vt meritus eſt*, Capt. V, 3. 20.

Ornatus, *pro veſtitu et adparatu reliquo*, Bacch. I, 2. 2. *et* 17. ornatus nauclericus, Mil. IV, 4. 41. ornatus thalaſſicus, Mil. IV, 6. 67. ingredi cum nouo ornatu ſpecieque, Trin. IV, 1. 21.

Os habere, Mil. II, 2. 33. os calet tibi, nunc id frigidefactas, *i. e. tam frigida loqueris*, *vt*, *ſi calido cibo guttur aduſſiſſes*, *ad haec verba id refrigerare poſſes*, Rud. V, 2. 39. Poen. III, 5. 15. os columnatum, *vi.* Columna. Os oblitum fuligine, *vi.* Fuligo; os ſublinere alicui, *verba dare*, *et arte quadam decipere*, Capt. III, 4. 123. Epid. III, 4. 55. Mil. II, 1. 32. *et alibi.*

Oſſa ſum inimicos obtuerier, *i. e. odi*, Amph. III, 2. 19.

Oſcitari, *os diducere*, *ſeu ſomnolentia*, *ſeu alia ex cauſſa*, Men. V, 2. 80.

Oſculari cum aliquo, Mil. II, 3. 17, *et* 67. ibid. II, 3. 37. *et* II, 5. 51.

Oſculum oggerere alicui, Truc. I, 2. 8.

Oſſa exornata, *veſtibus ſcilicet*, Truc. II, 2. 15.

Oſtendere ſe, *prodere ſe et mores ſuos*, Aſin. V, 2. 12. oſtendere alicui ſenſum ſuum, Moſt. V, 1. 22.

Oſtium Acherontis, *pro ſumma agri calamitate*, *vbi non ſolum prouentus nullus*, *ſed vbi etiam colonus cum vitae periculo laborat. Oſtium orci alias dicebant veteres*, *vbi ſpiracula erunt*, *quae odorum foeditate animam exterquere poſſent.* Trin. II, 4. 124.

124. oſtium occluſiſſimum, Curc. I, 1. 15. oſtium belliſſimum, et taciturniſſimum, ibid. *v.* 20.

Oſtreatum vlceribus tergum geſtitare, *duratum verberibus, aut cauernoſum plagis, oſtrearum inſtar*, Poen. I, 2. 186.

Ouare, *laetari, vt milites in triumpho minori, cui ouationis nomen impoſuerunt*, Bacch. IV, 9. 146.

Ouis, *pro ancilla vetula*, Merc. III, 1. 26. *pro ſenibus fatuis*, Bacch. V, 2. 3. *et* 4. *et* 21. oues Tarentinae, *optimae, ob velleris praeſtantiam*, Truc. III, 1. 5. oues ſcabrae, glabrae, Trin. II, 4. 140.

P

Pabulatum prodire, *de quaeſtu piſcatorio*, Rud. II, 1. 6.

Pabulum, *tralate, de muliere, redeunte ab amatore, tamquam a pabulo*, Mil. II, 3. 33. pabulum Acheruntis, *ſenex, qui Acherunti debetur, et quo Acheron paſcitur*, Caſ. II, 1. 12.

Paces, *num. plur. pro conditionibus pacis*, Perſ. V, 1. 1.

Pacificari cum aliquo, *conciliari*, Stich. IV, 1. 13.

Paciſci cum aliquo paullula pecunia, Bacch. IV, 8. 24. paciſci quiduis, ibid. IV, 8. 30. paciſci argentum, Pſeud. *arg. v.* 9. pactam rem habere, Poen. V, 3. 38.

Pactio; adire cum aliquo ad pactionem, Aulul. II, 2. 25.

Pactum, *pro ratione, aut modo*; aliquo pacto, Bacch. III, 6. 27. iſtoc pacto, ibid. V, 2. 50. quo pacto? ibid. *v.* 59.

Paedagogus, *cui ducendi ac regendi pueri prouincia tradita eſt*, Merc. *prol. v.* 91. Bacch. I, 2. 30. *et* 34. Pſeud. I, 5. 32.

Paeniſſume, *a paene*, Aul. III, 4. 7. *et* 4. 6. 2.

Paenitet *vi.* Poenitet.

Paenula, *tunica frigori et imbribus arcendis ſeruiens, loco pallii*, Moſt. IV, 2. 74. *conf.* Libertas.

Paetus, *qui eſt oculis leuiter declinatis; minus tamen vitii, quam ſtrabo, habens*, Mil. III, 1. 127.

Pala, *inſtrumentum ruſticum, quo terra foſſa vel egeritur, vel adgeritur*, Poen. V, 2. 58.

Palam eſt omnis res, Truc. IV, 3. 45. Mil. II, 2. 17. facere palam, Poen. *prol. v.* 127.

Palitare a pecu, *errare a grege, quod de ouibus proprie dicitur*, Bacch. V, 2. 5.

Palaemon, ſanctus Neptuni comes, *Inûs et Athamantis filius, maris deus, Latinis alias* Portunus *adpellatus*: Rud. I, 2. 71.

Palaeſtra, *locus luctationi deſtinatus*; Amph. IV, 1. 4. Bacch. III, 3. 20. *et* 27. *pro amicae domo, vel ganeo*, ibid. I, 1. 33. exercitus palaeſtricus, *pro exercitio palaeſtrico*, Rud. II, 2. 7.

Palam prouenire, *vi.* Prouenire.

Palla, *veſtis propria mulierum, praecipue quidem honeſtarum matronarum.* Aſin. V, 2. 35. Moſt. I, 3. 125, Men. I, 2. 21. *et alibi.*

Palinurus, *ſerui nomen*, Curc. I, 1. 87. *et alibi.*

Pallium, Aulul. IV, 4. 19. pallium denuo detexere, *vi.* Detexere. Pallium malacum, *vi.* Malacus. Pallium collectum, *opponitur fluitanti*, Capt. IV, 2. 9. pallium miſellum, Rud. II, 6. 66. pallium nutricis, *maculoſum*, Bacch. III, 3. 30. pallio circumductus, Poen.

V, 2. 16. *conf* circumducere. Tunica propior pallio eſt, *vi.* Tunica.

Palliolatim amictus, *i. e. tunica palliolata; quod mixtum veſtimenti genus erat, formam quodammodo referens, et uſum quoque praeſtans et tunicae et pallii Nonnulli* pallas manicatas *intelligunt*, Pſeud. V, 1. 29.

Pallula, *diminut. a palla*, Truc. I, 1. 32. *et* II, 2. 16. *et* II, 6. 55.

Palma compreſſa, *et* porrecta, *de manu*, Caſin. II, 6. 53.

Palmam facile habere, *ſuperare caeteros, victorem eſſe*, Trin. III, 2 80. palmam poſſidere in aliam partem, *e contraria parte*, Moſt. I, 1. 31.

Palo pectus tundere, Rud. V, 2. 3.

Palpari, *proprie notat*, *blande tangere vel demulcere, et ponitur pro, adulari*, Amph. I, 3. 9. timidam palpo percutere, ibid. *v.* 28. *et* Merc. I, 2. 42. obtrudere alicui palpum, Pſeud. IV, 1. 35.

Palpationes, Men. IV, 2. 43.

Palpatores, *adſentatores*, Men. II, 1. 35. Rud. I, 2. 38.

Palumbis, *tralate, pro amatore*, Bacch. I, 1. 17. Poen. III, 3. 63.

Pamphilippus, *adoleſcens*, Stich. III, 1. 65.

Pampini folium, Ciſt. IV, 2. 63.

Pancratice atque athletice valere, *i.e. optime et robuſte. Pancratium enim ludus gymnicus, in quo aduocatis omnibus corporis viribus, omniumque neruorum contentione res tranſigitur.* Bacch. II, 3. 14.

Pandere atque aperire ianuam, Bacch. III, 1. 1. ſaltum, Curc. I, 1. 56.

Pandiculari, *toto corpore extendi oſcitantem*, Men. V, 2. 80.

Panicei, *qui ſunt ex Pana, vrbe Samnitium*, Capt. I, 2. 59.

Panis, Curc. II, 3. 88. purpureus, puniceus, luteus, Men. V, 5. 19. rubidus, *recoctus, et ab igne rubens*, Caſin. II, 5. 2. ſordidus, *qui ſeruis; vel etiam vilior, qui canibus dabatur*, Aſin. I, 2. 16. panis treis pedes latus, Bacch. IV, 1. 8.

Pannicula tectoria, *quae fit vel ex lana decerpta pannis, vel, quod veriſimilius, e panniculis arundinum, tectoriis miſceri quomdam ſolitis*. Mil. I, 1. 18.

Panſa, *qui eſt latis pedibus*, Merc. III, 4. 55.

Pantherinum genus, *maculis variatum*, Epid. I, 1. 16.

Pantices, *inteſtina*, Pſeud. I, 2. 51.

Papae, *παπαὶ, interiectio admirantis cum irriſione*, Men. V, 5. 20. Epid. I, 1. 52. *et alibi.*

Papauer, *gen. maſc.* Trin. II, 4. 8. Poen. I, 2. 113.

Paphlagones, *colentes regionem Aſiae Minoris, Bithyniam inter et Pontum*, Curc. III, 1. 72.

Pappare, *pro, edere, cibum ſumere*, Epid. V, 2. 62.

Par; *pro compar*, cedo parem, quem pegigi; *niſi* partem *pro*, parem, *legendum eſſe videatur*, Perſ. V, 1. 15.

Par alicuius, Rud. *prol. v.* 49. par alicui rei, Bacch. IV, 9. 32. par factis caeteris, Trin. II, 2. 3. par pari reſpondet, Truc. V, 1. 47.

Par eſt, *aequum eſt, condecet*, Poen. III, 1. 19. Perſ. V, 2. 21. Rud. III, 3. 12. Trin. II, 1. 6. *et alibi.* Magis par, *aequius*, Bacch. IV, 3. 8. Me haud par eſt, *i. e. haud par eſt, me ludificare illum*, Perſ. V, 2. 53. non par videtur, *i. e. non conſentaneum*, Bacch. I, 2. 31. pariſſumi eſtis iibus, Curc. IV, 2. 20.

Parare,

'arare, *pro, aequiparare*; eodem vos pono, et paro, Curc. IV, 2. 20. *pro, instituere, inceptare*, Aſin. I, 3. 16. *pro, efficere*, Mil. III, 1. 132. Men II, 3. 2. *pro, comparare*, Pſeud. I, 3. 49. Moſt. I, 1. 64. *pro, commemorare, in medium proferre*, Truc. I, 1. 31.

Paraſitari, Perſ. I, 2. 4. Stich. IV, 2. 54. *conf.* Paraſiti.

Paraſitatio, Amph. I, 3. 23. *conf.* Paraſiti.

Paraſiti, *qui alienam menſam conſectantur, atque aliena quadra viuunt. Eorum tria fere genera, ſeu familias, veteres commemorant. Alii enim dictis ridiculis menſas aliorum captabant, et hinc* ἀπὸ τῦ γελᾶν Gelaſini, ridiculi, *vel* deriſores dicebantur. *Alii verbera, aut alapas, hilari fronte, et Spartana patientia perferebant*, flagriones, plagipatidae, *et* duri capitones *ideo vocati. Alii item adulando, et vbique ad quaeuis aliorum dicta et facta euge iſtud accinendo in conuiuia ſe ingerebant*, Capt. I, 1. 7. Curc. II, 2. 2. Bacch. IV, 1. 1. *et alibi ſaepiſſime.*

Paraſitica ars, Capt. III, 1. 9. paraſiticae periuratiunculae, Stich. I, 3. 76.

Paratragoediare, *magnifica verba facere*; Pſeud. II, 4. 17.

Parate, *dedita opera, diligenter*, Rud. I, 3. 9.

Parcere, *pro omittere, vel nolle*, preſſare parce, Perſ. II, 5. 11. quid parcam proloqui? Epid. III, 4. 28. caue parſis in eum dicere, Bacch. IV, 8. 69. operae non parcere, *operam nauare*, Mil. IV, 9. 3. *cum accuſat.* niſi eam (*pecuniam*) mature parſit, Curc. III, 1. 11. *et cum dat.* nihil pretio parſit, Capt. *prol. v.* 32. Parſi, Trin. II, 2. 35. parſis, Pſeud. I, 1. 77. parſeris, Perſ. IV, 4. 23. Poen. V, 2. 33. *Sed*, peperceris, *eſt* Aulul. II, 8. 11.

Parcimonia, *vi.* Parſimonia.

Parcipromus, *qui cum genio belligerat*, Pſeud. V, 1. 22. Truc. I, 2. 80.

Parcus opera, Rud. IV, 2. 14. parciſſumus, Aulul. II, 5. 9. parce parcus, *inſigniter parcus*, ibid. II, 4. 35.

Parentes fabri liberûm, Moſt. I, 2. 39.

Paries ero, *medius inter vtramque ſtabo*, Truc. IV, 3. 14. parietum perfoſſor, *conuicium*, Pſeud. IV, 2. 23. parietes perfodere, Aſin. III, 2. 17. commeatus transtinet trans parietem, *vi.* Transtinere.

Paritare, *a paro*, Pſeud. I, 5. 71. Merc. III, 4. 64.

Pariter, *ex aequo, pari ratione*, Aulul. II, 2. 53. Aſin. II, 2. 5. Mil. III, 1. 76. pariter mecum potant, pariter ſcortari ſolent, ibid. II, 2. 4. *pariter atque*, Amph. IV, 1. 11. Men. V, 1. 52. pariter ſuades, qualis es, Rud. III, 6. 37. pariter moratus, ut-pater fuit, Aulul. *prol. v.* 22. pariter ſimul, Curc. I, 1. 48.

Parmenones, *ſerui, qui plerumque iſtoc nomine in comoediis inducuntur fraudantes heros ſuos*, Bacch. IV, 4. 7.

Pars, *quae ſcil. de prandio alicui debetur*, Men. III, 2. 14. pars, *pro ſorte*, Rud. I, 3. 6. boni malique in ea re pars tibi eſt, Trin. IV, 3. 59. pars, *iungitur cum verbo numeri pluralis*: pars hominum faciunt, Trin. I, 1. 13. pars ſpectatorum ſcitis, Truc. I, 2. 12. fere maxima pars morem hunc homines habent, *nominatiui abſoluti, per Atticiſmum, pro, maximam partem*, Capt. II, 2. 36. aliquam partem, *pro, aliqua ex parte*, Pſeud. V, 2. 23. maiorem partem, Poen. I, 3. 4.

Parſimonia, Truc. II, 2. 55. *pro bonis parſimonia quaeſitis et comparatis*,

paratis, Truc. *arg. v. 6.* adhibere parſimoniam, Moſt. I, 3. 79.

Parthaon, *Agenoris, vt Apollodorus tradit, et Epicaſtes filius, Oenei et aliorum filiorum pater*, Men. V, 1. 45.

Parti, *pro, parte, antique*, Perſ. I, 2. 20.

Participare aliquem, *certiorem facere aliquem*, Stich. I, 1. 33. Participare aliquem ſermoni ſuo, *participem facere quem; vel communicare aliquid cum aliquo, ſermone ſuo*, Mil. II, 2. 108. participare aliquem conſilii ſui, Ciſt. I, 3. 17. Participari, *participem fieri*, Truc. IV, 2. 35.

Participem fieri de aliqua re, Truc. IV, 2. 34. participes, *commilitones*, Pſeud. II, 1. 14.

Partio, *partus, actus pariendi*, Truc. I, 2. 93.

Partire aliquid, *verb. act.* Aſin. II, 2. 5.

Partitudo, *partus, vel pariendi tempus*, Aulul. I, 1. 36.

Parum fidem arbitrari alicui, *non habere fidem alicui*, Bacch. III, 6. 41. parum apud te ſtat fides. Pſeud. I, 5, 62. Parum eſt rebus ſeruandis, *non ſufficit*, Perſ. IV, 4. 11. parum male velle alicui, Truc. V, 1. 6.

Paruulus alicui rei, *i. e. parum idoneus ad rem aliquam*, Pſeud. III, 1. 17.

Paſceolus, *Gr.* φασκώλιον, *ex aluta ſacculus*, Rud. V, 2. 27.

Paſſer marinus, *ſtruthiocamelus, qui paſſis et extentis alis currit potius, quam volat, quum a terra non prorſus eleuetur*. Perſ. II, 2. 17.

Paſſer, *in blanditiis amantium*, meus pullus paſſer, Caſin. I, 1. 50. paſſerculus, Aſin. III, 3. 76. *et* 104.

Paſſum, *vinum ex vuis paſſis et ſole ſiccatis confectum; a pando*, Pſeud. II, 4. 51.

Paſſum velum, *i. e. laxum et rugoſum; vt diſciplinae nauticae conuenienter tradit Nonius*, Stich. II, 2. 45.

Paſtum ire foras, *de mula, et tralate, de ſeruo in popinam ire cupiente, vt ſe farciat*, Moſt. IV, 1. 22.

Patagiarii, *qui patagia conficiunt Patagium vero erat ſegmentum aureum, quo ſumma ora tunicae circa guttur ornabatur; quamquam Nonius clauum nominat, qui pretioſis veſtibus immitti ſolet.* Aulul. III, 5. 35. *hinc etiam veſtis* patagiata, *i. e. patagio ornata*, Epid. II, 2. 47.

Patagus, *capitis conquaſſatio; morbus.* Fragm. *ex amiſſis v.* 50.

Patellarii dii, *dii minores gentium, vt penates domeſtici et lares, quibus in patella* (i. e. vaſe paruo et picato, ſacris faciundis apto) *libabatur; non autem magna ſacrificia fiebant.* Ciſt. II, 1. 46.

Patalis bos, *vi.* Bos.

Pater, *vocabulum honoris, quum iunior ſeniorem compellat*, Moſt. IV, 2. 36. Rud. I, 2. 15. *et* IV, 8. 2.

Patibulatum per vias ſtimulis forare, *patibulum ferentem ſtimulis caedere ac perforare*, Moſt. I, 1. 53. *conf.* Patibulum.

Patibulum, *pars crucis patens illa ac transuerſa*, Mil. II. 4. 7.

Patinae, Pſeud. III, 2. 44. *pro culina*, Moſt. I, 1. 2. patinas eluere, Capt. IV, 2. 66.

Patinarius piſcis, *qui non aſſatur, nec elixatur, ſed in patina cum iure apponitur*, Aſin. I, 3. 28. patinariae ſtruices, *i. e.*

i. e. exſtructiones. Men. I, 1. 26.

Patres conuentitii, *vi.* Conuentitii.

Patria, *de carcere, per contumeliam;* Pſeud. IV, 7. 76.

Patria res, Bacch. IV, 9. 23. foedare rem patriam et maiorum gloriam, Trin. III, 2. 30.

Patrice, *i. e. patriciorum et nobilium in morem,* Caſ. III, 6. 4.

Patriſſare; *patris mores imitari,* Moſt. III, 1. 109. Pſeud. I, 5. 27.

Patrona, *Venus,* Rud. I, 5. 1, *et* 4.

Patronus, *pro eo, qui patriam beneuolentiam et fidem praeſtat; vſurpatur pro fautore quouis,* Curc. IV, 2. 38. Aſin. IV, 1. 12. Rud. IV, 8. 2, *et* 16. *ſpeciatim pro eo, qui ſeruum, aut ſeruam manu miſit, ac libertate donauit;* Moſt. I, 3. 11, *et* III, 2. 58. Precator et patronus, *vi.* Precator.

Patruus patruiſſumus, *fictum,* Poen. V, 4. 24.

Pauciloquium, Merc. *prol. v.* 31, *et* 34.

Paucis, *propter pauca,* Bacch. IV, 2. 7. in diebus pauculis, Truc. II, 8. 13.

Paullula pecunia, *vi.* Paciſci.

Pauper, Aul. I, 2. 10, *et* 33. *et* ibid. II, 1. 52. *et alibi ſaepius.* Pauperior, ibid. II, 2. 69, *et* III, 5. 5. pauperrimus, ibid. II, 2. 50. res pauperes, Rud. I, 5. 24.

Pauperare, priuare, Mil. III, 1. 134. Pſeud. IV, 7. 27. pauperculi, Poen. III, 1. 33. paupercula (*mulier*) Epid. IV, 1. 13. virgo paupercula, ibid. *v.* 28. res pauperculae, Perſ. III, 1. 17.

Pauperies, Aulul. II, 2. 13, *et* IV, 9. 12. Truc. II, 7. 20.

Paupertas, Aul. II, 2. 29. leuare alicui paupertatem, Epid. IV, 1. 29. ad paupertatem admigrant infamiae, Perſ. III, 1. 19. paupertatem tolerare, Rud. IV, 2. 13. *ſ.* protractum eſſe ad paupertatem, Trin. I, 3. 72.

Pauſa, παῦσις, *quies, ceſſatio;* Trin. I, 2. 150. pauſam dare, Perſ. V, 2. 37. pauſam facere, Rud. IV, 6. 1. Poen. II, 1. 13.

Pauſillulum, *pro pauxillulum,* Rud. III, 4. 24.

Pauxillatim, Rud. IV, 2. 24. Epid. II, 2. 63.

Pauxiliſper, Truc. V, 1. 21.

Pauxillulus, Merc. I, 2. 81. Pſeud. II, 4. 16. Rud. IV, 3. 58. Stich. I, 3. 9, *et* 115. Poen. III, 1. 35. Truc. V, 1. 48.

Pauxillus, Aulul. I, 2. 34. pauxilla res, Poen. III, 1. 63. a pauxillo puero, Stich. I, 3. 21. pauxillum, *adverb.* Bacch. IV, 7. 35. Truc. III, 2. 18. pauxillum contentus, Capt. I, 2. 73.

Pax, *interiectio imponentis ſilentium,* Mil. III, 1. 213. Pſeud. V, 1. 33. Trin. IV, 2. 94. *it. v.* 96. *et* 121.

Pax, *i. e. concordia, tranquillitas, venia.* Amph. III, 3. 2, *et* V, 1. 75. Curc. II, 2. 20. Moſt. II, 2. 82, *et* 91. Merc. IV, 1. 12. Poen. I, 2. 43 *et alibi;* pacem componere alicui cum aliquo, Merc. V, 2. 112. Pacibus perfectis, *vi.* Paces.

Pectere pugnis, Men. V, 7. 28. Poen. I, 2 145. Rud. III, 2. 47. pectere fuſti, Capt. IV, 2. 116.

Pectus, *pro animo, vel mente;* ſomnum ſocordiamque ex pectore

ſtore oculisque amouere, Pſeud. I, 2. 11. pectus ardens guttula alicui adſpergere, *dicto quopiam animum reddere, et metum adimere*, Epid. IV, 1. 28. cui pectus ſapit, Bacch. IV, 4. 12. pectus multipotens, *e quo, vbi vſus ſit, multa expromi poſſunt*, ibid, *v. g.* pectus valet perfidia, ibid. II, 2. 48. pectus firmum, Aſin. *grex*, *v.* 3. ſtultitiam abſcondere in latebras pectore penitiſſumo, Ciſt. I, 1. 65. cor retunſum oppugnando pectore. *vi.* Oppugnare.

Pecu, *plur.* Pecua, *pecora*, Bacch. V, 2. 5, *et* 20. Merc. III, 1. 11. pecua in crumena obligata, *pro numis, vel pecunia; quae a pecu nomen habet, quia Seruius rex primus aes nota pecudum ſignauit.* Truc. V, 1. 64. Pecu ſquamoſum, *piſces*, Rud. IV, 3. 5.

Pecuaria res, Truc. I, 2. 45.

Peculatus, *furtum pecuniae, vel aliarum rerum ad rem publicam pertinentium*, Perſ. IV, 4. 7. peculatum facere, *deſpoliare, velut mali magiſtratus, qui pecuniam ſibi commiſſam depeculantur*, Ciſt. I, 1. 74.

Peculiaris, e; *quod eſt in peculio cuiusque et illius proprium*, Merc. III, 1. 27. Aſin. III, 1. 37. peculiaris alicui, Aulul. III, 4. 7. Capt. *prol. v.* 20, *et* V, 4. 16. peculiaris alicuius, Pers. II, 2. 19.

Peculio, *verb. act.* ob iſtam rem ego aliquid te peculiabo, *i. e. peculium augebo tuum; niſi forte nequior ſenſus ſubeſt, vt credibile eſt propter ea, quae ſequuntur*, Pers. II. 2. 10.

Peculioſus ſeruus, *peculio inſtructus*, Rud. I, 2. 24. *vi.* Peculium.

Peculium, *poſſeſſio eius, qui eſt in aliena poteſtate, i. e. ſerui, vel filiifamilias*, Aſin. II, 4. 91. Caſin. II, 2. 26. *et* II, 3. 40. Bacch. III. 3. 61. Trin. II, 4. 33. Moſt. I, 3. 96. Capt. V, 4. 31. Merc. I, 1. 95. peculii ſui prodigus, Moſt. IV, 1. 19. vapulat peculium, *diſſipatur et minuitur*, Stich. V, 5. 10. peculium a malo, *verbera et vibices etc.* Moſt. IV, 1. 6. peculium, *ambiguo ſenſu*, Pſeud. IV, 7. 92.

Pecunia praeſens, *parata*, Men. V, 9. 97. et grandis, Capt. II, 2. 8. pecunia quadruplex, *quae in actione furti manifeſti pro poena exſoluitur*, Curc. V, 2. 21. occupare pecuniam, *vi.* Occupare.

Pecus; Pecudes terreſtres, Pſeud. III, 2. 46. pecudes Neptuni, *piſces*, ibid. *v.* 45.

Pedatu tertio, *acceſſu, vel impetu et incurſu, qui pedibus fit*, Ciſt. II, 1. 50.

Pedes, *pediculi*, Curc. IV, 2. 14.

Pedes pulmonei, *tumentes, vt Plinius etiam poma quaedam, pulmonea vocata, tumentia interpretatur*, Epid. V, 1. 21. pedes mobilis, *i. e.* κατὰ πόδας, *quod attinet ad pedes*, Mil. III, 1. 36. pedes clam deducere de lecto, *i. e. clam ſurgere de lecto*, Curc. II, 3. 82. pedibus demiſſis, *vi.* Demiſſis pedibus.

Pedicae, *laqueus, quo captiuorum pedes vinciuntur*, Aſin. III, 2. 5. Poen. III, 1. 11.

Pelias, *Neptuni filius, Aeſonis frater, Theſſaliae rex*, Pſeud. III, 2. 80. *conf.* Medea.

Pelides, *Achilles, Pelei filius*, Bacch. IV, 9. 5.

Pellaeus, *ex Pella, vrbe Macedoniae, Alexandri M. patria*, Aſin. II, 2. 67.

Pellere alicui pudicitiam, *virginitatem eripere*, Epid. IV, 1. 14, *ſeq.*

Pellex, *concubina viri vxorem habentis*, Ciſt. I, 1. 39. Rud. IV,

IV, 4. 3. neque vir, ſed vxor, concubinam mariti pellicem habere dicitur, Merc. IV, 1. 24.

Pellio, *vi.* Pollio.

Pellionis ſuppellex, palus palo proximus, *quoniam non modo ad diſtendendas, ſed et in taberna ſuſpendendas, palis multis opus habet pellio*, Men. II, 3. 53.

Pendere animi, *vi.* Animi pendere.

Penelopa, *Vlyſſis coniux, laude pudicitiae in diuturna mariti abſentia cuſtoditae inſignis*, Stich. I, 1. 1.

Penetrare, *pro*, *ſe conferre aliquo*; Bacch. I, 1. 33. penetrare ſe vſquam, vbi *etc.* Trin. II, 2. 33. penetrare ſe foras, ex aedibus, ibid. II, 2. 1. penetrare pedem intra aedes alicuius, Men. V, 2. 64. penetrare ſe in fugam, Amph. I, 1. 94. potio amoris intra pectus ſe penetrauit, Truc. I, 1. 23.

Peni procurator, *a penus, maſc. vel, penum, neutr. gen.* Pſeud. II, 2. 14. raptor panis et peni, Trin. II, 1. 23.

Penicillus, Rud. IV, 3. 69.

Peniculus, *paraſiti nomen. Alias autem ea vox ſpongiam deſignat, vel inſtrumentum, quo aliquid tergemus, propterea quod veteres e caudis extremis illud facere ſolebant.* Men. I, 1. 1, *et* II, 3. 40.

Peniſſume, *vi.* Paeniſſume.

Penita offa, *offa porcina cum pene, vel cauda*, Mil. III, 1. 165. Barbaria penitiſſuma, a penitus, *i. e. intima*, Pers. IV, 3. 71. pectus penitiſſumum, *vi.* Pectus.

Penſilis vua paſſa, *vua, quae ſuſpenditur, vt paſſa fiat.* Poen. I, 2. 99. facere ſe penſilem, *ſuſpendere ſe*, Pſeud. I, 1. 87.

Penſior conditio, *i. e. melior*, Stich. I, 2. 61.

Penſum, *proprie mulierum lanificarum, dictum a pendendo*; penſum conficere, Pers. II, 4. 1 facere, Merc. II, 3. 63. penſum adcurare, *munus ſuum curate adminiſtrare*, Bacch. V, 2. 33. dare penſum, Men. V, 2. 45.

Pentethronica pugna. *vi.* Pugna.

Pentheus, *Thebarum rex, qui non initiatus quum Baccharum ſacra inſpexiſſet, a matre, coniuge, ſorore, caeteriſque mulieribus diſcerptus eſt.* Merc. II, 4. 1.

Penum, *quidquid ad victum pertinet, et intus reconditur*, Men. V, 2. 50, *et* I, 2. 11. penum ſibi aliud *ornare*, Capt. IV, 4. 12.

Penus annuus, *gen. maſc.* Pſeud. I, 2. 45. *et gen. neut.* penus omne, ibid. *v.* 91. ſine penu, Capt. III, 1. 12.

Peplus, *vel* Peplum, *veſtimenti genus, mixtum ex pallio et tunica; ſeu tunica fibulatoria. Athenis celebre erat Mineruae peplum, quod a matronis quinto quoque anno in ludis Panathenaicis ſollemniter conſecrabatur, et cui intextae erant Titanomachia, et victoria Palladis de Encelado*, Merc. I, 1. 67.

Per, *obteſtationi inſeruiens*, per deos immortales obſecro te, Bacch. IV, 8. 64. *ſeq.* per pietatem, Trin II, 2. 4. per haec genua te obteſtor, Rud. III, 2. 13. per, *pro, quod attinet*. Stich. IV, 2. 31.

Peraceſcere, *pro, acerbum et moleſtum eſſe*, Bacch. V, 1. 13. ita (*ira*) mihi pectus peracuit, *peracidum factum, ira acerrima incenſum eſt*, Aulul. III, 4. 9.

Peratim,

Peratim, *ni.* Follitim ductitare.

Peraudire auribus, Mil. I, 1. 33. *ſ.*

Perbibeſia, *ficta per iocum prouincia,* Curc. III, 1. 74.

Perbibit laſſitudo medullam, Stich. II, 2. 16.

Perbitere, *perire*, *antiq.* Pſeud. III, 1. 12.

Percellere aliquem, *euertere et labefactare*, Perſ. V, 2. 29.

Percidere alicui os, *caedere, pertundere*, Perſ. II, 4. 12.

Perciere impudicum aliquem, *ſine fine impudicum proclamare aliquem*, Aſin. II, 4. 69. ira percitus, *vehementer commotus*, Caſin. III, 5. 6.

Percipere, *penitus capere*, *et occupare;* horror membra mihi percipit dictis tuis, Amph. V, 1. 66. priusquam (*mentem*) percipit inſania, Men. V, 5. 22. *pro*, *intelligere*, Curc. I, 3. 2.

Percutere aliquem, *pro dolis circumuenire*, Pſeud. II, 2. 9. percuti a Ioue, *i. e. Iouis fulmine*, Amph. V, 1. 21. percutere ſe meraclo flore Libyco, *vino intemperanter ſe obruere*, Caſ. III, 5. 16.

Perdere aliquem capitis, Aſin. I, 2. 6. ante parta per flagitium perdere, *rem dilapidare*, Trin. III, 2. 17. perdere, *in exſecrationibus*, dî deaeque me omnes perdant, Perſ. II, 4. 21. Iupiter te perdat, Rud. II, 7. 11. Epid. I, 1. 64. *et ſimiliter in locis aliis.* Perdere fidem cum aliquo, *violare fidem et fallere?* Pſeud. I, 3. 142. amore perditum eſſe, Ciſt. I, 2. 13. perditus ſum, atque etiam eradicatus ſum, Bacch. V, 1. 6. Perdeam, *pro*, *peream*, Poen. IV, 2. 62. Perduim, *perdam*, Aulul. IV, 6. 6. Perduis, *perdas*, Amph. II, 2. 215, Perduit, Epid. I, 1. 64. Poen. III, 4. 29. Perduint, Aſin. II, 4. 61. Aulul. IV, 10. 55. Curc. V, 3. 42. *et paſſim alibi.*

Perductare, *et* perductor, *inter verba venerea habentur;* Moſt. III, 2. 130. *et* 159. *ſeqq.*

Perdudum, Stich. IV, 1. 69.

Perduelles, *hoſtes*, Amph. I, 1. 94. *et* II, 2. 12. Ciſt. I, 3. 53. Pſeud. II, 1. 8.

Peredia, *ficta per iocum prouincia,* Curc. III, 1. 74.

Peregre venire, Moſt. III. 2. 54. peregre aduenire, ibid. II, 1. 6. Bacch. III, 6. 7. Truc. I, 2. 83. peregre abire, Moſt. IV, 2. 41. *ſ.* peregre et domi, Amph. *prol. v.* 5.

Peregrinus et aduena, Poen. V, 2. 71. peregrinus atque ignobilis, Pſeud. IV, 2. 9.

Perenniſeruus, *qui perpetuo ſeruit vni domino*, Perſ. III, 3. 16.

Perennitatis cibus, *cibus perennis*, Perſ. III, 1. 2.

Perenticida, *qui peram ſuam vel marſupium incidit*, *fict. iocular.* Epid. III, 2. 13.

Perfabricare, *fabricis et dolis planiſſime perdere*, Perſ. V, 2. 4.

Perfidiae, *num. plur.* Pſeud. II, 1. 6. *et* 8.

Perfidioſus, Ciſt. I, 1. 74. iudicare rem perfidioſe, Curc. V, 3. 41.

Perfodere parietes, Aſin. III, 2. 17. perfoſſor parietum, Pſeud. IV, 2. 23.

Perfrigefacere alicui cor, *metu et horrore perfundere*, Pſeud. IV, 7. 117.

Perfugium gerere, *habere;* *niſi forte* quaerit, *pro*, gerit, *legendum ſit*, Truc. IV, 4. 17. pedibus perfugium parere, *fugere*, Ciſt. I, 3. 13.

Perfringere elephanto brachium, Mil. I. 1. 26.

Perga-

, ἀκρόπολις *Ilii* , *ſeu*
iana, Bacch. IV, 9. 2.

ri, *more Graecorum po-*
t voluptati indulgere,
, 1. 21. *et* IV, 2. 44.
II, 2. 26. Truc. I, 1.

ous ſycophanta, *ad un-*
ſtus, egregius, Trin. V,

pro caſula, ſeu tuguriolo,
I, 2. 79. *et* 92.

', *pro dicere*, Trin. III,
Epid. V, 1. 22. Men.
;7. *et alibi.* Perhibere
dia, *aliter loqui*, Aſin.

i, *pro*, *periculum face-*
ph. II, 2. 56.

', *vel* periculum, Aul.
2. meo periculo, Aſin.
;1. Bacch. IV, 4. 100.
V, 2. 56. *Perſ.* IV, 7. 5.
iculo, Perſ. IV, 5. 113.
IV, 2. 17. ſuo pericu-
rſ. IV, 3. 55. Trin IV,
periculo noſtro, Rud.
19. periculum adſimu-
Bacch. IV, 9. 38. peri-
capitale, Rud. II, 3.

e, *pro peierare*, Truc.

propere, *vox exſecran-*
ll. II, 4. 10. perii! *ver-*
ſperationis comicae, Epid.
1. Bacch. I, 1. 17. Moſt.
. Merc. I, 2. 14. *et alibi*
. Perii, diſperii! Merc.
15. interii, perii! Moſt.
37. perii, interii, oc-
Aulul. IV, 9. 1. perii
o! Rud. II, 6. 66. perii
, nihil obnoxie, *vi.* Ob-
perire. Puppis pereun-
t probe; *i. e. puppi*
dum eſt omnino, Epid. I,

habere abſentes, quaſi
ntes ſint, Stich. I, 2.
s perinde ſunt, vt agas,
magnifacias, *Pſeud.* II,

Peripleƈtomeni, *gen. antiq. pro*, *Peripleƈtomenis*, Mil. IV, 1. 22.

Periſtromata Campanica, *velamenta picta vario colore*, Pſeud. I, 2. 13. Babylonica, *quibus itidem varii colores intexti erant; quamquam haec pingendi ars acu tota peragebatur*, Stich. II, 2. 54.

Peritare, *perire*, Capt. III, 5. 32.

Periurare, *vt Cicero explicat, non eſt, falſum iurare, ſed, quod ex animi tui ſententia iuraueris, id non facere; vt noſter etiam vſurpat*, Pſeud 1. 3. *v.* 118. 119. 120. Aſin. III, 2. 16. *prius tamen iſtud intelligere videtur Plautus*, Aſin. III, 2. 16. *et* II, 2. 56. Ciſt. II, 1. 24. Merc. III, 1. 42. *ponitur etiam pro mentiri*, Poen. I, 1. 34. *et* V, 4. 72.

Periuratiunculae paraſiticae, Stich. I, 3. 76.

Periurioſus, Truc. I, 2. 52.

Periurium, *quum non praeſtatur, quod iuraueris*, Perſ. IV, 4. 9. periurii caput, Rud. IV, 4. 55. fons vitii et periurii, Truc. II, 7. 50. plenus periurii, Mil. II, 1. 12. Rud. III, 2. 37.

Periurus, Mil. IV, 2. 74. caput penitus periurum, *Pſeud.* I, 1. 129. homo periurior, Mil. I, 1. 21. Poen. IV, 2. 3. hominum periuriſſimus, *Pſeud.* I, 3. 117. Rud. III, 4. 17. *et* V, 3. 19. periurius, *comparativ. neutr. gen.* Trin. I, 2. 164.

Perlecebrae, *illecebrae*, *de meretricibus*, Aſin. I, 2. 7. perlecebrae probri et perſuaſtrices, *eaedem*, Bacch. V, 2. 47.

Perlubens, Trin. III, 3. 50. *et* IV, 3. 34.

Perlubet, Capt. IV, 2. 53. Rud. II, 3. 23.

Permadefacere; amor permadefecit cor meum, Moſt. I, 2. 63. ſ.

Permanare, *de imbre*, Moſt. I, 2. 63. *de fallaciis*, Capt. II, 1. 25.

Permanaſcere, *permanare*, *peruenire*, Trin. I, 2. 118.

Permeditatus, *fallaciis egregie inſtructus*, *et perdoctus*, Epid. III, 2. 39.

Permetiri viam damni, Truc. II, 2. 49.

Perna, *coxa porcina*, Capt. IV, 2. 7. Pſeud. I, 2. 33. Stich. II, 2. 36.

Pernicitas pedum, Men. V, 2. 4, *et* 114.

Perniciter, *celeriter*, Amph. V, 1. 64.

Pernix manibus, Mil. III, 1. 36. pernix, *de curſu*, Pſeud. IV, 7. 79.

Pernonides, *idem*, *quod perna*, *nomen per laſciuiam paraſiticam in patronymici morem formatum*, Men. I, 3. 27.

Pernoſſe, *vel*, pernoſcere, Rud. IV, 4. 137. Aulul. III, 5. 29.

Pernumerare argentum, Epid. V, 1. 26.

Perpauefacere pectus alicuius, *multum terroris incutere*, Stich. I, 2. 28.

Perpauxillum, Capt. I, 2. 74.

Perpellere, Epid. I, 1. 80.

Perpes nox, *perpetua*, Amph. I, 1 124, *et* II, 2. 100. Truc. II, 2. 23.

Perpetrare omne opus ſuum, Pſeud. V, 1. 24. Truc. II, 5. 12.

Perpetuare dare, *continuare*, Pſeud. I, 3. 72.

Perplexabile verbum facere, *i. e. figuratum*, *quod aliud audiatur*, *aliud ſentiatur*, *vt docet Nonius*, Aſin. IV, 1. 47.

Perplexabiliter, Stich. I, 2. 28.

Perplexari, *perplexe agere et captioſe*, Aulul. II, 2. 81.

Perplexim oratione laceſſere, *i. e. ſermone ambiguo et perplexo*, Stich. I, 2. 18.

Perpluere; Amor et Cupido in pectus perpluit alicui, Moſt. I, 3. 8. benefacta benefactis aliis pertegere, ne perpluant, Trin. II, 2. 41.

Per pol ſaepe, *i. e. pol perſaepe*, Caſin. II, 6. 18.

Perpropere, Mil, II, 4, 10.

Perpruriſcere vsque ex vnguiculis, *totum flagrare vsque ab extremis corporis partibus*, Stich. V, 5. 20.

Perpurgatis auribus alicui operam dare, Mil. III, 1. 179. *conf.* Opera.

Perputare alicui argumentum plane, *i. e. amputatis ſuperuacaneis plane exponere*, Ciſt. I. 3. 7.

Perſae, *qui regionem orientis ad mare rubrum*, *regnum quondam Aſiae longe potentiſſimum*, *incolunt*; Curc. III, 1. 72. Perſarum mores, Perſ. IV, 6. 25. Perſarum montes aurei, Stich. I, 1. 24. *ſ.*

Perſcribere aera uſuraria, *reddere creditori per ſcripturam*; *i. e. de menſa per argentarium ſoluere*, *cui per ſcripturam cauebatur. Romani enim in pecuniis ſoluendis duplici ratione vtebantur*, *vel de domo atque arca ſatisfacientes*, *vel de menſa*; *vnde vel accipiebant foenore*, *vel de ſumma*, *quam ipſi habebant ibi depoſitam.* Truc. I, 1. 53.

Perſcrutari, Aulul. IV, 4. 26. perſcrutaui, *antiq.* ibid. *v.* 30. Mil. II, 5. 20.

Perſequens flagitii, Caſ. II, 1. 12. *ſ.*

Perſequi, *pro*, *anquirere*, Merc. V, 1. 7. *pro*, *efficere*, Amph. II, 1. 39. Capt. II, 3. 65. Curc. I, 3. 55. perſequi aliquid factis, Merc. III, 2. 11. perſequi

impe-

ium, *dicto audientem eſſe*, Stich. I, 2. 84. perſe- ſuum, *bona ſua repe- et iudicio contendere*, III, 1. 32. perſequi mo- itris, *imitari patrem*, 1. 58. *pro*, *ſectari*, *vel* Ciſt. II, 1. 55. perſe- ationem alicuius, *i. e.* *aucupari ſermonem alicu-* Epid. I, 1. 93. perſequi n veſtigiis, Men. IV,

, *diminutiuum a perſona*; *i legunt*: perſollae nu- *dque de nudis atque meris interpretantur*, Curc. I,

re, *pro*, *narrando expo-* Ciſt. I, 3. 40.

, *unicus*, *plane ſolus*, I, 2. 46.

e cor ſapientiae, Epid. 3. *et* cordis copiam, 4.

ices, *vi.* Perlecebrae.

m eſt facere etc. *i. e.* *um mihi eſt*, *vt facerem ius etc.* Bacch. IV, 9.

s, *nom. quartae flexio-* pid. *arg. v.* 2.

e villam arundinibus, I, 2. 35. pertegere bene- benefactis, Trin. II, 2.

, *pro baculo longiori*, Aſin. 43.

re nates, *vi.* Nates.

ri totam vrbem, *in- de per totam vrbem vagari*, IV, 5. 3.

facere omnes aedium *es*, *i. e. peruios*; peruiam, *logia*, *vt* obuiam; Au- I, 2. 24.

re ad amici partem, *ad rum numerum pertinere*, I, 2. 56.

are noctes tres continuas, Amph. I, 1. 158. Aulul. I, 1. 33. peruigilare Veneri, *quaſi peruigilium celebrare. Certis e- nim diis*, *vt Cereri*, *Veneri*, *Apollini etc. non vigiliae tan- tum*, *quibus partem noctis ali- quam inſomnem ferebant*; *ſed peruigilia*, *quibus vigilando tota nox tranſigebatur*, *et nocturna ſacra conſtituta erant.* Curc. I, 3. 25.

Peruincere pretio, *ſuperare*; *ca- rius emere*, *quam reliqui*, Curc. I, 3. 57.

Peruiuere usque ad ſummam aetatem, Capt. III, 5. 84.

Perula, *ſacculus peregrinantium*, Truc. II, 6. 54.

Pes, *in quo res innititur*, *qui qua- ſi fundamentum eſt*, Aſin. III, 139. *conf.* Pedes.

Peſſuli, *quibus aedes occluduntur*, Ciſt. III, 1. 18. peſſuli morige- ri, Curc. I, 2. 70, *et* 60. intra peſſulos venire, Truc. II, 3. 30.

Peſſum, *aduerb. veteribus ſigni- ficat*, *deorſum*, *quaſi ſub pedes proiectum*; *hinc* peſſum ire, Ciſt. II, 1. 12. peſſum abire, Aulul IV, 1. 12. Rud. II, 3. 64. Truc. I, 1. 15. peſſum pre- mere aliquem, Moſt. V, 2. 49. peſſum dare aliquem, Bacch. III, 3. 3. Perſ. IV, 9. 3. Rud. II, 6. 23. exemplum peſſumum peſſumdare, *i. e. tollere*, Rud. III, 2. 3.

Peſſumum hoc eſt amantis pe- cuniae, *hoc plurimum damni adfert amantis pecuniae*, Truc. I, 2. 62.

Peſtis pernis venit, *numerus per- narum vorabitur*, Capt. IV, 3. 3. peſtis, *pro malo et pernicioſo homine*, Pſeud I, 2. 70. oppe- tere peſtem, *i. e. mortem*, Aſin. I, 1. 7. Capt. III, 3. 11. peſtis te tenet, Amph. II, 1. 33.

Petaſus, *pileus iter facientium*, *ad vmbram faciendam margi- natus*, Amph. *prol. v.* 143, *et* 145; *it.* I, 1. 287. Pſeud. IV, 7. 90, *et* 2. 4. 45.

Petilum, *tenue*, *Fragm. Plocion. v.* 1.

Petrones, *pro arietibus*, Capt. IV, 2. 40. *ſeqq.*

Petulantia, *vitium modeſtiae et pudori contrarium*, Ciſt. IV, 2. 3. Men. V, 1. 43.

Phaon Lesbius, *quem amauit Sappho, non poetria, ſed antiqua meretrix, quae et ob illius in Sicilia tum peregrinantis amorem ex Leucate, Epiri promontorio, in mare praecipitem ſe dedit*, Mil. IV, 6. 32.

Pharetra, *theca ſagittaria*, Trin. III, 2. 99.

Philemo, *Graecus poeta Comicus*, Trin. *prol. v.* 19.

Philippei numi, *vi.* Numus.

Philippeum aurum, *numi Philippi imagine ſignati*, Curc. III, 1. 70. Bacch. II, 2. 42. aurum Philippum, Poen. III, 2. 22. talentum Philippum huic opus auri eſt Mil. IV, 2. 69. Philippicum argentum, Truc. V, 1. 60.

Philippus, *Amyntae filius*, *Alexandri M. pater*, *rex Macedonum*, Aul. IV, 8. 4.

Philomela, *non in hirundinem mutata, ſed Progne. De induſtria autem hancce fabulam confundit Plautus, comica licentia.* Rud. III, 1. 12. *vi. ſis, Chreſtom. Virgil.*

Φλυαρεῖν, *nugari*, Truc. V, 1. 36.

Phoenicium corium, *purpureum, ponitur pro tergo flagris cruentato*, Pſeud. I, 2. 92.

Phoenix, *Amyntoris filius*, *Achillis magiſter et comes, qui Achillem ad Troiam interfectum Peleo, ipſius patri, nuntiauit*, Bacch. I, 2. 48.

Phroneſis, φρόνησις, *Sapientia*, Truc. I, 1. 60.

Phrygio, *qui acu pingit. Phryges enim hoc texturae genus primi inuenerunt*, Men. IV, 3. 7. *et* III, 2. 4. Aul. III, 5. 34.

Phryxi aries, *aureo vellere inſtructus*, Bacch. II, 3. 7, *ſeq.*

Phui! *interiectio*, Pſeud. V, 2. 5.

Phylaca, φυλακή, *cuſtodia*, *carcer*, Capt. III, 5. 93.

Phylaciſtae, *tranſlate, pro artificibus, qui manupretium, vel mercis mercedem flagitantes in atriis diutius exſpectant, eorumque veluti cuſtodes videntur*, Aulul. III, 5. 44.

Piaculum, *improprie dicitur peccatum, vel crimen, propter quod piaculum debetur*, Truc. II, 1. 13. *proprie vero eſt ſacrificium, et quidquid agitur, vel praebetur pro ſatisfactione peccati; hinc* piacularem fieri ob ſtultitiam alterius, *ſuccedere in poenam, et alienum malum excipere*, Epid. I, 2. 36.

Piare, *placare*, *proprie purgare, aut ſatisfacere*, *vel ſoluendo poenam debitam*, *vel aliud quid, in locum poenae debitae ſuccedens*, Aſin. III, 1. 3. Men. II, 2. 17, *et* III, 2. 51.

Piatrix, *ſacerdos, quae expiare erat ſolita, quamque, Feſto teſte, ſagam quoque et ſimpulatricem adpellabant*, Mil. III, 1. 101.

Pice ſignatae epiſtolae literatae fictiles, *vi.* Epiſtolae.

Pici *alii legunt: Pices) quos Graeci* γρῦπας, gryphos, *adpellant quique olim ex montibus hyperboreis aurum effodere, et egeſtum mire cuſtodire credebantur*, Aulul. IV, 8. 1.

Pietas, *erga maritos*, Stich. I, 1. 8. *erga matrem*, Mil. IV, 8. 9. per pietatem! Trin. II, 2. 4. pietas mea, ſerua me! Curc. V, 2. 40. *ſ.* pietatem adprobant, decorantque dii immortales, Poen. V, 4. 85.

mea pietas! *vox blandientis*, Bacch. V, 2. 57.

Pigmentis vlmeis aliquem pingere, *virgis caedere*, Epid. V, 1. 20. pigmentum, *fucus muliebris*. Moſt. I, 3. 106.

Pignus, Poen. V, 4. 72. dare, quod ſit pignori, Moſt. IV, 2. 62. opponere ſe pignori, Pſeud. I, 1. 85. pignus da in meum numum, in tuum talentum, Epid. V, 2. 36. pignus dare cum aliquo, Bacch. IV, 9. 133. pignus pro aliquo, Capt. V, 1. 19.

Pila, *in exercitiis gymnaſticis* Bacch. III, 3. 24. pila, *meretrix*, Truc. IV, 1. 8. dii nos quaſi pilas homines habent; Capt. *prol. v.* 22.

Pilum, *miſſile proprium Romani legionarii militis*. Pilum iniicere alicui, *impedimentum obiicere*, Moſt. III, 1. 43. lauatum ire in Pilum, *haud dubie rectius: in* pyelum, πύελον, *vas amplum*, *labrum*, *in quo veteres lauabant*, Stich. IV, 1. 62. facere ex aliquo pilum catapultarium, Curc. V, 3. 11. *conf.* Catapulta.

Pinna ſua per cerebrum necare auem; *ex diſciplina ſcilicet venatoria multae aues pennae ſuae acumine per cerebrum, qua ceruix capiti committitur, adacto necari ſolent.* Poen. II, 1. 40.

Pinſi flagro, Merc. II, 3. 81.

Pipulo differre, *vi.* Differre.

Piraeeus, *Athenienſium portus et emporium*, Bacch. II, 3. 1. Moſt. I, 1. 63. Trin. IV, 4. 11.

Pirene, *fons ſub Acrocorintho*, *Muſis ſacer*, Aul. III, 6. 23.

Piſcaria copia, *piſces*, Caſin. II, 8. 63. hamulus piſcarius, Stich. II, 1. 17.

Piſcarium forum, *vi.* Forum.

Piſcatus hamatilis et ſaxatilis, *qui hamo inter ſcopulos et ſaxa exercetur*, Rud. II, 2. 10. piſcatu probo vitam colere, *piſcibus ſelectiſſimis veſci*, Moſt. III, 2. 41. piſcatus; *de re amatoria*, Bacch. I, 1. 69.

Piſces pennati, et aues ſquamoſae, *ridicul.* Men. V, 5. 20. piſces foetidi, Capt. IV, 2. 33. quaſi piſcis eſt amator lenae; nequam eſt, niſi recens, Aſin. I, 3. 26.

Piſculenta loca ſalſa, *mare*, Rud. IV, 2. 2.

Piſtillum, *quo frumenta in pila, i. e. vaſe concauo, tundebantur, et conterebantur*; Aulul. I, 2. 17.

Piſtores, *qui ante molarum vſum far pinſebant; vnde primum pinſores dicti ſunt.* Piſtores ſcrophipaſci, *qui paſcunt ſcrophas, ſues feminas*, Capt. IV, 2. 27. piſtori aliquem dare plagis irrigatum, *i. e. in piſtrinum tradere*, Epid. I, 2. 18. *conf.* Mola.

Piſtorienſes; *Piſtorium eſt oppidum Italiae. Ludit autem Plautus nominibus quarumdam vrbium, dum ad eſculenta per iocum illa transfert.* Capt. I, 2. 57. *ſ.*

Piſtrinum, *locus, in quo frumentum pinſitur, circumacta mola vel a iumentis, quorum oculi corio obducebantur, vel a ſeruis facinoroſis, quorum oculi nonnumquam effodiebantur ſupplicii loco.* Epid. I, 2. 42. Capt. IV, 2. 28. Bacch. IV, 6. 11. Moſt. I, 1. 16. piſtrinorum ciuitas, *conuicium in ſeruum*, Pers. III, 3. 15.

Piſtus, *Gr.* πιςὸς, fidelis, *villici nomen:* Merc. II, 2. 7.

Pithecium, πιθήκιον, *ſimiola*, *de muliere deformi*, Mil. IV, 1. 42. Truc. II, 5. 24.

Pix atra, *qua cruciabantur ſontes et malefici*, Capt. III, 4. 65. ca-

65. calidam picem bibere, Merc. I, 2. 29.

Placenda dos eſt, *i. e. dos placere debet*, Trin. V, 2. 35.

Sucula, *vel* Succula, *machina tractoria inter chelonia verſatilis*, *circum quam ductarius funis obuoluitur*, Rud. IV, 4 126.

Sudatoriae vnctiones; *frequentes apud Graecos et Romanos*, *vtpote qui*, *priusquam irent cubitum*, *in balneis ſudare et inungi conſueuerunt.* Stich. I, 3. 73.

Suffarcinatus, *ab antiquo farcino*, *i. e. farcio*, *pro*, *ſuffertus*, Curc. II, 3. 10.

Sufferre corium, *i. e. lora et flagra ex corio bubulo facta*, Poen. IV, 2. 33.

Sufflare ſe alicui, *i. e. iraſci*, Caſin. III, 3. 19. Bacch. IV, 2. 21.

Suffragator, Caſin. II, 4. 20.

Suffragium; ſine ſuffragio populi aedilitatem gerere; *in alieno negotio nimis imperioſum eſſe*, Stich. II, 2. 28. *ſ.*

Suffringere alicui talos, Rud. IV, 4. 15. Truc. II, 8. 8.

Suipte patris, Rud. *arg. v.* 4.

Sulcus,

Sulcus, Trin. II, 4. 23.

Sultis, *contracte*, *pro*, *ſi vultis*; Capt. III, 5. 9. Men. II, 2. 75. Poen. III. 6. 19. *et alibi.*

Sumen, *quaſi ſugimen*, *vber porcinum*; Curc. II, 3 44. Capt. IV, 3. 4. Pſeud. I, 2. 33.

Sumere, *pro*, *repetere*, *reſumere*, Trin. I, 2. 108. ſalua ſumere conſilia, *vi.* Saluus. Sumere, *pro*, *inſumere*, Mil. III, 1. 79, *et ſeq. pro*, *conſumere*; ſumſimus hanc diem prothyme, *vi.* Prothyme. Sumere confidentiam in ventrem, Capt. IV, 2. 25.

Summa aqua, *pro ſumma extremitate aquae*, Caſin. II, 6. 33. ſumma dies, *vltima*, *poſtrema*, Pſeud. I, 3. 140. vox ſumma, *altiſſima*, Aſin II, 2. 30. edictare alicui ſummam maerorum atque amorum ſuorum, Epid. I, 2. 2. ſummam habere, *principem habere locum*, Truc. IV, 2. 15. amantum ſumma ſummarum penes Venerem redit, Truc. I, 1. 4.

Summanare, *auide rapere et furari*; *quaſi ſubmanare*, ὑποχείριον ποιεῖν, Curc. III, 1. 46.

Summanus, *Pluto*, *quaſi ſummus Manium vocatus*, Curc. III, 1. 43. Bacch. IV, 8. 54.

Summates viri, Pſeud. I, 2. 90. Stich. III, 2. 36. ſummates matronae, Ciſt. I, 1. 27.

Summis generibus gnati, Moſt. V, 2. 20.

Summus, *ſcil. locus in conuiuio*, *vel*, *ſumma lecti conuiualis pars*; Aſin. V, 2. 41. Perſ. V, 1. 15, *et v.* 19. pro ſummo bibere, *i. e. poſtremum bibere*, *quod magnis poculis fiebat*, *atque adeo compotationi finem facere*; Stich. V, 4 48. ſumma conſilia, *a quibus tota res pendet*, Truc. II, 4. 34.

Sumtus, *nom. ſubſt.* ſumti facere aliquid, Trin. II, 1. 21. Caſin. II, 7. 2. ſumtum facere, Stich. V, 4. 10. ſumtus ſibi ſumtui eſſe non ducunt, Moſt. I, 2. 44. eſſe alicui magno ſumtui, Mil. III, 1. 145. ſumtus dapſiles, Moſt. IV, 2. 66. *conf.* Dapſilis.

Super, *pro*, *de*, *vel quod attinet ad*; dixi tibi ſuper Euclionis filia, Aulul. IV, 7. 2. Bacch. II, 1. 8. Moſt. III, 2. 39. Mil. IV, 5. 13.

Superare, *ſupereſſe*, Amph. II, 2. 77. Caſin. V, 2. 2. Truc. *prol. v.* 20.

Superare datis, *i. e. datis muneribus vincere et ſuperare alios*, Aſin. I, 3. 14. ſuperas facile, vt ſuperior ſis mihi, *i. e. facile a me obtines etc.* Men. I, 3. 10. omnes ſupero atque antideo cruciabilitatibus animi, Ciſt. II, 1. 3. ſol ſuperat ex mari, *i. e. ſuperior fit adſcendendo*, Stich. II, 2. 41.

Supercilium ſalit, *ductus pilorum ſupra palpebras*, *e quo omen capiebant veteres. Si enim dextrum ſupercilium ſaliiſſet*, *aegritudinem breuem*, *ac non multo poſt opulentiam exinde coniectabant*; *ſi ſiniſtrum*, *multa inopina bona id ſignificare credebatur*; Pſeud. I, 1. 105.

Supereſſe, *pro abundare*, Men. I, 4. 3. Mil. II, 4. 3. Pſeud. I, 5. 41.

Superfieri, *ſupereſſe*, Stich. IV, 2. 12.

Superſedere aliqua re, Epid. I, 1. 37. Poen. I, 3. 5.

Superſtes; nemo adeſt ſuperſtes, *nemo reſtitit*, *qui praeſens etiamnum eſſet*, Fragm. *Artam. v.* 1. ſuperſtes vitae alicuius, Trin. I, 2. 19.

Superſtitioſus, *pro ariolo*, *vel diuinatore*, Amph. I, 1. 167. Curc. III, 1. 27. Rud. IV, 4. 95.

Supparaſitari, *vi.* Subparaſitari.

Supparus, *ſecundum Feſtum eſt puellare veſtimentum lineum, quod et ſubucula adpellabatur; Nonius vero etiam refert ad veſtimenta maſcula, et linteum femorale vſque ad talos pendens nominat*, Epid. II, 2. 48.

Suppeditare labori, *ſufficientem, parem eſſe*, Aſin. II, 4. 17.

Suppetias ferre, Rud. III, 2. 10 *et* IV, 4. 39. Epid. V, 1. 52. aduenire ſuppetias, *i. e. venire ad ſuppetias ferendas*, Men. V, 7. 31.

Suppetere, *pro*, *in promtu eſſe*, Epid. III, 3. 16. Pſeud. I, 3. 100. *pro*, *congruere*, *reſpondere*, vtinam dictis facta ſuppetant! Pſeud. I, 1. 106. *et* II, 3. 89. Aſin. I, 1. 41. quod tactu aegre ſuppetit; *lectio ſuſpecta*, *in cuius locum reponi volunt*, quod factu aegre ſuppetit, *i. e. quod aegre ſuppetit ad faciendum*, Mil. II, 2. 50. *pro eſſe*, *vel viuere*; deos oro, vt vitae tuae ſuperſtes ſuppetat, *vt te iam defuncto viua ſuperſit*, Trin. I, 2. 19.

Suppilare, *clam ſublegere*, *furari*, Aſin. V, 2. 38. Men. V, 1. 40. Truc. II, 7. 15.

Suppingere fulmentas ſoccis, *vi.* Soccus.

Supplicare alicui, Aſin. I, 2. 24. Capt. IV, 1. 5. Epid. V, 2. 17. *et alibi.* ſupplicatum venire, Aulul. IV, 10. 22.

Supplicium, *pro ſupplicatione*, *et precibus*, Rud. *prol. v.* 25.

Supplicium, *poena peccati*, *vel erroris*; de aliquo alicui ſupplicium virgarum dare, Mil. II, 6. 22. ſumere ſupplicium, Pers. V, 2. 72. niſi tibi ſupplicium ſtimuleum datur, *i. e. niſi ſtimulorum ſupplicio adficiaris*, Mil. II, 6. 31. *ſupplicii ſatis habeo*, Moſt. V, 2. 43.

Supponere, *in alterius locum ſubiicere*, Epid. III, 4. 54. *de infante*, Ciſt. I, 2. 17. it. II, 3. 11. *et* IV, 2. 49. Truc. *arg. v.* 4. ſuppoſiui, ibid. II, 5. 9. *et* IV, 3. 30.

Suppoſitionem facere, *infantis ſcilicet*, Ciſt. I, 2. 25.

Suppoſitius explorator, Pſeud. IV, 7. 71.

Suppoſitus puer, Truc. I, 1. 71.

Suppoſtrix, *puerûm*, Truc. IV, 2. 50.

Suppromus, *promo ſubſtitutus*, Mil. III, 2. 12, *et* 24.

Supremum dicere, *vale dicere*; ſupremam *tamen legi debere cenſent alii.* Aſin. III, 3. 4.

Sura, Pſeud. IV, 7. 80, *et* 120.

Surgere, *pro*, *ſurrigere*; lumbos ſurgite atque extollite, Epid. *Grex*, *v.* 2.

Suria, *pro Syria*, Truc. II, 6. 49. Surae, *Syrae*, ibid. *v.* 60.

Surpuit, *vi.* Surripere.

Surreptitius, Poen. V, 2. 2. Men. *arg. v.* 3. it. *prol. v.* 60, *et* 68.

Surripere, Men. V, 5. 38. Poen. *prol. v.* 109. ſurripere ſe alicui, ibid. III, 2. 26. ſurpuit, *pro*, *ſurripuit*, Capt. III, 5. 102. ſurrepſit, *pro*, *ſurripiat*, Mil. II, 3. 62.

Suſceptus ſemine alicuius, *i. e. conceptus*, Amph. V, 2. 9.

Suſpendant omnes nunc iam ſe haruſpices, Poen. III, 5. 1. *conf.* ibid. V, 6. 4. *et* 6. Pſeud. IV, 7. 131. Caſin. III, 4. 9.

Suſpicare, *verb. activ.* Caſin. II, 6. 42.

Suſpicio eſt mihi, Pſeud. I, 5. 149. ſuſpicio te ſollicitat, Bacch. IV, 8 49. *ſ.* ſuſpicio abſcedit te, Epid. II, 2. 100. ſuſpicionem ſuſtinere, Bacch. III, 3. 32. ſuſpicionem et culpam

paṁ a ſe ſegregare, Trin. I, 2. 42.

Suſpirium ex intimo ventre trahere, Truc. II, 7. 41.

Suſque deque habere aliquid, *i. e. nihil morari, contemnere*, Amph. III, 2. 5.

Suſpiritus, *anhelitus repetiti et crebriores*, Merc. I, 2. 4.

Suſſilire, *ſubſilire, ſurſum ſalire*, Curc. I, 2. 64.

Suſſultare, Capt. III, 4. 104. Caſin. II, 7. 10.

Suſtentare ſe, *tueri valetudinem*; ſuſtentatum eſt ſedulo, *i. e. cura valetudinis optime habita eſt*, Stich. III, 2. 14, *et* IV, 2. 8.

Suſtentare miſerias, Capt. V, 1. 4.

Suſtinere, *pro*, *tenere*, Men. I, 3. 13. *memoria tenere*; hiſtoriam veterem atque antiquam mea ſenectus ſuſtinet, Trin. II, 2. 100.

Suſtollere, *ſurſum tollere*, Ciſt. I, 1. 117. Poen. I, 2. 136.

Sutelae, *pro doloſis aſtutiis*, Capt. III, 5. 34. Caſin. I, 1. 7.

Sutor claudus, *in prouerbium abiit:* quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies, Aulul. I, 1. 34. ſutor ſedentarius, ibid. III, 5. 39.

Sutrium, *vrbs Tyrrhenorum, et colonia Romana, quae prouerbio:* Sutrium ire, *anſam dedit. Edictum enim Gallico tumultu erat, vt legiones praeſto eſſent Sutrii cum cibo ſuo: quod deinde vſurpari coeptum eſt in iis, qui ſuis rebus opibusque officii id praeſtarent, quod deberent.* Caſin. III, 1. 10.

Suus, *pronom. reciproc.* vti mater ſua non internoſſe poſſet, *i. e. vti mater quemque ſua etc.* ſuus factus eſt, *i. e. liber, ſuae poteſtatis*, Men. V, 7. 55.

Sycolatronidae, *nom. fictum*, Mil. I, 1. 43.

Sycophantae, *delatores, impoſtores, falſidici, mendaces; proprie hoc nomine adpellabantur, qui Athenis adcuſabant eos, qui cum ficu frumenta extra ciuitatem ferebant.* Men. II, 1. 35, *et* II, 2. 10. it. V, 9. 28. Poen. I, 2 162. Pſeud. IV, 7. 100. *et alibi.*

Sycophantari, *mentiendo fallere, decipere*, Trin. III. 3. 57, *et* IV, 2. 116.

Sycophantia, *calumnia; fallacia, dolus*, Aſin. I, 1. 56. Aulul. IV, 4. 22. Bacch. IV, 4. 88. Pſeud. I, 5. 70. Poen. III, 3. 41. Pers. II, 5. 24, *et alibi.*

Sycophantioſe agere aliquid, *ſycophantarum more*, Pſeud. IV, 7. 113.

Syluanus, *vi.* Siluanus.

Symbolae, *collectae ſeu pecuniae, quae ab iis, qui vna et communi ſumtu erant coenaturi, conferebantur; Hinc* condicere in ſymbolam *ad coenam*, Stich. III, 1. 28. *ſ. Translate de plagis in dorſum conferendis a pluribus*; ſine meo ſumtu paratae iam ſunt ſcapulis ſymbolae, Epid. I, 2. 22. ſymbolarum collatores, *qui colligunt ſymbolas in coenam*, Curc. IV, 1. 13.

Symbolus, *teſſera, qua Graeci in pactis conuentis loco tabellarum et ſyngrapharum vtebantur*, Bacch. II, 3. *v.* 29, 31, *et* 32. Pſeud. *arg. v.* 2. it. II, 4. 4. it. *v.* 26, 27, *et* 63. it. IV, 7. 15. *et alibi.*

Synceraſtum, *edulii genus*, Fragm. *Phagon. v.* 1.

Syngrapha *et* Syngraphus, *cautiones et libelli ſcripti manu eorum, inter quos conuenit de re aliqua*, Aſin. I, 2. 85, *et* IV, 1. 1. Syngraphus; *pro diplomate commeatus, per quod belli tempore tuto proficiſci ac redire licet*, Capt. III, 2. 6,

Syri, *incolae regionis in Aſia*, Curc. III, 1. 73. Syri, *ſerui omnium patientiſſimi*, Trin. II, 4. 141. Syri, *nomen ſeruile*; Bacch. IV, 4. 7.

T

Tabellae, *paruae tabulae ex diuerſa materia, v. c. buxo, ebore, et ſimilibus, in quibus olim ſcribere ſolebant ante chartarum membranarumque vſum*, Mil. I, 1. 38. Bacch. IV, 4. 64. *Vſurpantur pro epiſtolis*, Epid. II, 2. 66. Bacch. IV, 5. 9. Pſeud. I, 1. 8. *et* 26. tabellas conſignare, Curc. II, 3. 86.

Taberna, *domuncula, ea maxime, in qua aliquid venale proſtabat*, Men. V, 6. 28, *et* V, 7. 46. Pſeud. II, 2. 63, *et* IV, 7. 14. taberna diuerſoria, Men. II, 3. 81. deuorſoria, Truc. III, 2. 29.

Tabernaculum, *tectum caſtrenſe*, Trin. III, 2. 100.

Tabulae, *in quibus ſcribere ſolebant veteres*, Pſeud. I, 4. 8. *conf.* Tabellae. Tabulae accepti et expenſi, Truc. I, 1. 52, *et ſeqq.*

Tabulae, *Iouis, pro diphtera, ſeu pelle caprae illius Amaltheae, in qua Iupiter omnium mortalium acta deſcribere fingitur a poetis.* Rud. *prol. v.* 21.

Tacita, *paſſ. quae tacentur*; ſuſpendas potius me, quam tacita tu haec auferas, *i. e. quam obtineas, vt nemo tibi reclamet, vel obmurmuret*; Aſin. IV, 1. 7. tacitum habere ſecum aliquid, Poen. IV, 2. 68. Tacitus, *act. qui, vel quae tacet*; tacitus tibi reſiſtam, Poen. IV, 2. 54. tacitus tace modo, Poen. IV, 2. 84. tacita bona eſt mulier ſemper, quam loquens, *i. e. melior eſt*; Rud. IV, 4. 70.

Taciturniſſimum oſtium, Curc. I, 1. 19, *et* 20.

Tactio, *ſubſtantiv. verbale*; quid tibi hanc digito tactio eſt? *i. e. quid tu hanc digito tangis? per Graeciſmum*; Poen. V, 5. 29. Aul. IV, 10. 14.

Taedet ſermonis tui, *me ſcilicet*; Caſin. II, 1. 54.

Tagere, *pro, tangere*; Aſin. II, 2. 106.

Talaria lex, *vi.* Tali.

Tagenium, *piſcis genus*, Fragm. *amiſs. v.* 17.

Talentum, *Gr.* τάλαντοι; *multiplex fuit, v. c. Atticum, Alexandrinum, Aegineticum, Aegyptiacum, Babylonicum, etc. quae tamen id commune habuerunt omnia, vt conſtarent ſex millibus drachmarum ſui generis. Celebratiſſimum tamen apud auctores eſt talentum Atticum, quod ſexcentenos, vel* 750. *thaleros, quos adpellant, valuiſſe exiſtimatur: quamquam Eiſenſchmidius verum eius pretium* 900. *imperiales ſtatuit.* Trin. IV, 3. 49. Moſt. II, 1. 12. talentum argenti, Merc. I, 1. 88. talentum mutuum dare, Trin. III, 2. 101. talentum Philippum, Mil. IV, 2. 69. *conf.* Numus, *et* Philippeum aurum. Talentum magnum, *idem, quod talentum Atticum, conſtans ſexaginta minis*, Moſt. III, 1. 114. Curc. I, 1. 64. Rud. V, 2. 43.

Tali, *cubi, ſeu teſſerae luſoriae, ex talis animalium biſulcorum ſumti; quamquam ditiores aliquando ludebant talis, e talis dorcadum confectis, quod genus damarum, vel caprarum fuiſſe conſtat. De figura non omnes eadem tradiderunt. Veriſimillimum eſt, talos, qui a teſſeris omnino differebant, ad ſimilitudinem talorum, qui in pedibus ſunt animalium, ac leonis maxime, effectos fuiſſe, nec rotundos plane, nec quadratos; ſex*

ſex autem habuiſſe latera, ſed quatuor tantum in vſu ludentium; duo quippe incurua, vt talus aegre iis poſſet inſiſtere, etſi aliquando tamen rectus conſtiterit. Aſin. V, 2. 54. Moſt. I, 3. 151. Bacch. I, 1. 38.

Thalthybius, *nuntius et praeco in exercitu Graecorum*, Stich. II, 1. 33.

Talus, *os extuberans prope calcaneum*, Poen. III, 1. 67. defringere talos, Mil. II, 2. 1. talos elidere alicui, ibid. *v.* 12. *conf. etiam*, Suffringere.

Tam, *abſolute, pro, adeo, tantopere*, Bacch III, 3. 11, *et* 16. Moſt. I, 3. 29, *et* IV, 2. 9. Perſ. IV, 6. 11. *adiungitur ſubſtantiuo;* numquam ego te tam eſſe matulam credidi, Perſ. IV, 3. 64. tam *copulatur cum*, atque, tam conſimile eſt atque ego, Amph. I, 1. 287. Bacch. IV, 6. 9. tam - quam; Aſin. I, 1. 110. Aulul. III, 6. 12. Capt. II, 2. 60. Ciſt. II, 1. 18. *et alibi.* tam - quam, *pro, ita, vt;* tam ſatis, quam nunquam hoc inuenies ſecus, *i. e. vt nunquam inuenturus ſis ſecus;* Capt. III, 4. 106. Tamquaſi; tam a me pudica eſt, quaſi ſoror mea ſit, Curc. I, 1. 51. *Tam omittitur, ſolo remanente quam;* conſit cito, quam ſi tu obiicias formicis papauerem, *i. e. tam cito etc.* Trin. II, 4. 7. *ſ.* Tam gratia eſt, *vi.* Gratia.

Tamen, *ponitur in fine ſententiae*, Caſin. I, 1. 17. Moſt. *arg. v.* 9. Trin. II, 4. 16. Rud. IV, 5. 11. Mil. II, 3. 35. Poen. V, 2. 124. *ac tum ſaepe omiſſam particulam* etſi, *agnoſcit: v. g.* vt, quum abſim, me ames, me tuam abſentem tamen, *i. e. etſi abſentem, tuam tamen;* Amph. I, 3. 44. mater ei dat operam, abſenti tamen. *i. e. etſi abſens ille ſit, tamen operam dat*, Caſin. *prol. v.* 63. meam partem infortunii - me abſente accipito tamen, *i. e. etiamſi abſim, tamen accipito.* Mil. III, 2. 51, *ſeq.* qui neque ſperaui, neque credidi, is improuiſo filiam inueni tamen, *i. e. etſi neque ſperaui etc.* Rud. IV, 5. 6; *et ſic pluribus in locis aliis.*

Tametſi, Perſ. III, 1. 34. Trin. III, 2. 53. Moſt. V, 2. 45. Mil. IV, 5. 9, *et ſeq.*

Tametſi, *abſolute, omiſſo tamen;* Aulul. IV, 10. 38. Curc. II, 2. 9. Pſeud. I, 3. 16. Pſeud. I, 5. 56. Men. I, 1. 16.

Tandem, *aduerb. habet vim inſtandi vehementius*, Moſt. V, 1. 59, *et* IV, 3. 8. Men. V, 1. 12. Truc. II, 1. 27, *et* II, 7. 47.

Tangere, *pro, pertingere ad aliquem;* ſi a me tetigit nuntius, *i. e. ſi nuntius a me miſſus ad eum peruenit*, Bacch. III, 5. 3. *pro, ferire, percutere, laedere*, Amph. I, 1. 157. Epid. V, 2. 40. aere militari tangere aliquem, *i. e. machaera, vel gladio*, Poen. V, 5. 7. *pro fallere, deludere, circumducere*, Pſeud. I, 1. 118. *et* IV, 8. 1. *et* V, 2. 13. Perſ. IV, 4. 82. tangere aliquem bolo, *tralatione ducta a piſcatoribus*, Poen. *prol. v.* 101. Truc. *arg. v.* 3.

Tangere acu, *ſcil. rem, i. e. adcurate attingere, adſequi;* Rud. V, 2. 19. Tangi viſco, *amoris ſcilicet, vt aues viſco corripi ſolent*, Bacch. V, 2. 39.

Tangere terram, *ſuperſtitioſi ſolebant in rebus, quae ad deos inferos ac mortuos pertinebant*, Moſt. II, 2. 37, *ſeq.*

Tamquam ſi, *quaſi, veluti ſi*, Aſin. II, 4. 21.

Tanta mira, *i. e. tam mira*, Amph. V, 1. 5. Caſin. III, 5. 4.

Tantidem, *aeque tantum;* tantidem ille illi rurſus iniiciat manum, *i. e. lite tantidem aeſtimata,*

aeſtimata, *vel*, *poena aeque magna propoſita*, Perſ. I, 2. 15.

Tantiſper, *tanto*, *vel tantulo tempore*; tantiſper dum, Caſ. II, 8. 50. Moſt III, 1. 153. Men. I, 3. 11. Rud. IV, 4. 146. tantiſper vt, Poen. V, 6. 27. *ſ.* tantiſper quin, Bacch. II, 3. 106. *ſeq.*

Tanto-quam, Perſ. I, 3. 73. tanto pluris-quam, Men. IV, 3. 6.

Tanto melior! *adclamandi et laudandi formula*, Truc. V, 1. 61 tanto nequior es, Men. II, 3. 79.

Tantus, *tam magnus*, Rud. III, 4. 39. tantum rapacidarum, *pro*, *tot rapacidae*, *vel rapaces*, Aulul II, 7. 8. quid huc tantum hominum incedunt? *i. e. tot homines*, Poen. III. 3. 5. tantum ad narrandum argumentum adeſt benignitas, *i. e. in tantum*., Men. *prol. v.* 16. Tantum eſt; *formula abrumpendi orationem*, Caſin. *prol. v.* 87.

Tantumdem eſt periculum, quantum *i. e. aeque magnum*, Poen. III, 3. 20. tantumdem argenti, quantum, *pro*, *aeque tantum etc.* Pſeud. IV, 7. 64. tamtumdem eſt mihi, *perinde mihi eſt*, Perſ. IV, 4. 36.

Tapetia belluata, conchyliata; *periſtromata murice tincta*, *et in quibus belluarum*, *avium*, *aliarumque rerum formae expreſſae ſunt*, Pſeud. I, 2. 14. tapetia conſuta, *arte Phrygia facta*; *Phryges enim arte inſuendi praeſtabant*: *quamquam aliqui hoc etiam loco pro*, conſuta, *legi debere*, conchyliata, *exiſtimant*, Stich. II, 2. 54.

Tarentum, *vrbs Calabriae*, Men. *prol. v.* 27. oues Tarentinae, *vi.* Ouis.

Tarmes, *qui Gr.* θρὶψ *et a Vitruuio* termes *dicitur*, *poſtis vermiculatus*, Moſt. III. 2. 140.

Tarditudo, Poen. III, 1. 29.

Tat! *interiectio*, *et admirandi particula*, Truc. III. 1. 18.

Tatae, *interiectio*, Stich. V, 7. 3.

Tax, tax, tergo meo erit, *particula ſonum exprimens*, *quem flagra immiſſa faciunt*, Perſ. II, 3. 12.

Techna, *fallacia*, *ſeu artificium fallendi*; *technam facere aduerſum aliquem*, Bacch. III, 2. 8. technae pereunt, Moſt. III, 1. 23. technae procedunt, Poen. IV, 1. 1.

Tectoria pannicula, *vi.* Pannicula.

Tecum, *pro*, *te*, Caſin. III, 4. 5. Curc. III, 1. 62. Bacch. III, 3. 90.

Tedigniloquides, *vocab. ioci cauſſa conflatum ex Te*, *dignus*, *et loqui*, Perſ. IV, 6. 22.

Tegere, *pro*, *tueri*, *tectos ac ſaluos habere*, Pſeud. I, 3. 117. *conf.* Quantum *eſt*. Tegi loco, Rud. I, 3. 26.

Tegillum, *tegmen*, *veſtimentum vilius*, Rud. II, 7. 18.

Tegumentum, *pro praeſidio*, Trin. II, 2. 32.

Teleboae, *Aetoliae populi*, *Capreorum incolae*, Amph. *prol. v.* 101. *it.* I, 1. 56. *et v.* 95, 258, *et* 262; *it.* II, 2. 102.

Telo ſuo, *i. e. armis*, *ſeu arte ſua*; Amph. I, 1. 113.

Telum iniectum, Poen. IV, 2. 97.

Temerarium, *vanum*, *et quod caret ratione*, Aſin. II, 1. 14. Aulul. II, 2. 7.

Temere, *pro*, *ſponte*, *ſine cauſſa alia mouente*, *vel efficiente*; Trin. IV, 2. 162. *pro*, *facile*; Bacch. I, 1. 52, *et* IV, 8. 81.

Temetum, *vinum*, *antiq.* Aul. II, 6. 6. Truc. IV, 3. 59, Pſeud. V, 1. 33.

Tempo-

Temperare, *abſolute*; iam poſthac temperabo, Trin. V, 2. 63. *idem nominibus et caſibus diuerſis iungitur*; linguae temperare, Rud. IV, 7. 28. temperare alicui, Moſt. IV, 2. 15. temperare alicui rei, Merc. V, 4. 21. temperare conuiuium, Stich. V, 4. 2. qui noſtrae aetati tempeſtiuo temperint, *i. e. temperent*; Truc. I, 1. 41. temperare in amore, Epid. I, 2. 8. *it. cum verbis aliis*; temperare alicui maledicere, Poen. V, 2. 76. *et prol. v.* 22. quae, (*mulier*) ne faciat, id temperat, Stich. I, 2. 60.

Temperi, *idem, quod, tempori*, Aulul. III, 3. 6. Merc. V, 4. 30. Perſ. V, 1. 16. Trin. IV, 2. 66.

Tempeſtas, *pro tempore, aetate*; Caſin. *prol. v.* 18. Truc. II, 4. 29.

Tempeſtas, *pro iniuria coeli, et impetuoſis ventis, etc.* Moſt. I, 2. 27. *et* 57 Amph. II, 2. 58. Trin. II, 3 8 Rud. IV, 3. 3. Tempeſtatem mittere, *de Neptuno*, Rud. I, 1. 1.

Templum, *tribus modis dicitur ſecundum Varronem, ab natura in coelo; ab auſpicio in terra; ab ſimilitudine ſub terra.* Templa Neptunia turbulenta, *i. e. loca Neptunia, vel mare*; Mil. II, 5. 3. Rud. IV, 2. 4.

Tempori, *adverb. pro, in tempore, tempeſtiue*; Capt. I, 2. 8., *et* 88. Moſt. I, 4. 2. Rud. IV, 2. 16. Perſ. II, 2. 47. *et alibi. conf.* Temperi.

Tempore opportuneque. Aſin. III, 3. 143.

Tempus, *pro opportunitate*; per tempus ſubueniſtis mihi, Truc. II, 1. 85. nunc occaſio eſt et tempus, Pſeud. IV, 2. 3. tempus euenturum, Merc. V, 4. 39. eiusmodi homini raro tempus ſe dat, Bacch. IV, 4. 25. tempore aduorſo, *i. e. alieno, et parum opportuno*, Merc. I, 1. 33. tempus maximum, *i. e. extremum, quo exacto nulla id agendi opportunitas ſuperſit*; Mil IV, 2. 8. tantulum tempus, Bacch. II, 2. 31. *ſ.* tempus aderit, quum *etc.* ibid. III, 3. 13.

Tenebrae, *pro nocte, et pro loco mortuorum tenebricoſo*; certum eſt mihi ante tenebras perſequi tenebras; *i. e. mori, antequam nox ingruat*, Pſeud. I. 1. 88 *pro technis et fallaciis*; quas tu mihi tenebras cudis? Epid. III, 4. 40.

Tenere, *i. e. prehendere, et cavere, ne prehenſum excidat, aut elabatur*, Curc. V, 2. 3. Ciſt. IV, 2. 105. tenere dextera genium ſuum, Men I, 2. 29. *conf.* Genius. Hominem optumum tenere. Moſt. III, 2. 30. tenere aliquem manifeſtum. Men. IV. 2. 29. *conf.* Manifeſtus. Tenere manifeſtarium, Trin. IV, 2. 50. *conf.* Manifeſtarius. Teneri, *pro, captum, deprehenſum, et conuictum eſſe*; teneri manifeſto, Trin. IV, 2. 66. Moſt. III, 1. 149. Caſin. II, 3. 19. *et* 20. Pſeud. II, 4. 57, *et* IV, 7. 61. faucibus manifeſto teneri, Caſ. V, 3. 4. Tenere, *verbum amatorium, pro, competiri, vel poſſidere*, Curc. I, 3. 16. tenere fauium, ibid. I, 3. 54. *Pro noſſe, et intelligere*; Aulul. IV, 7. 1. Bacch. III, 6. 16. Mil. III, 1. 185. Pſeud. I, 2. 81. iura et leges tenere, Epid. II, 2. 107. tenere ſe, *tacere ac quieſcere*, Men. V, 2. 72. teneri, *pro, cohibere ſe*, Caſin. II, 3. 22.

Tenus, *tenoris, nomen neutr. gen. proprie eſt extrema pars arcus, teſte Seruio*; intendere tenus, Bacch. IV, 6. 23.

Terebrare, *translate blandiis, quaſi terebra, aliquid extorquere*; Bacch. V, 2. 81.

Terere, *turpi ſignificatu*; Capt. IV, 2. 108. *teritur ſinapis ſcelerata, conf.* Sinapi.

Tereus, *Thracum rex, cui Progne vxor communem filium Ityn comedendum obiecit*, Rud. II, 6. 25.

Tergeo, 2 *coniug. purum et nitidum facere*, Poen. I, 2. 10, *et* 19.

Terginum, *intellige: lorum, pro ſcutica ex loro confecta*, Pſeud. I, 2. 21.

Tergum; *dorſum*; tergo tuo obſidium adeſt, Mil. II, 2. 64. tergum exſinceratum, *vi.* Exſinceratum. Tergum ſincerum, *i. e. integrum, et vibicibus non corruptum*, Rud. III. 4. 51. tergum oſtreatum, *i. e. vlceribus aſperum et ſcrupoſum, inſtar oſtrearum*, Poen. I, 2. 186. tergum negotioſum, *quod verberibus diligenter exercetur*, Mil. II, 5. 37.

Tergus, *gen. maſc. antique*; habeo familiarem tergum, ne quaeram foris, *i. e. habeo tergum domi, quod ſuſtinendis plagis ſufficiet*; Aſin. II, 2. 53, *coll. v.* 55.

Termento eſſe, *i. e. detrimento*; *niſi forte legendum*, tormento, *atque hoc pro ariete ſit poſitum, quo moenia vrbium quatere ſolebant.* Bacch. IV, 9. 5.

Terra, *pro univerſo globo terraqueo*, Trin. V, 2. 1. *pro regione vel prouincia*; Caſin. *prol. v.* 72. *pro patria*; Men. II, 1. 4. terra herilis patria, Stich. V, 2. 2. terrae ſolae, *i. e. deſertae*, Moſt. IV, 3. 3. terrae odium, *vi.* Odium. Quantum terra tegit, hominum periuriſſime, *vi.* Quantum eſt.

Terreſtris coena, *in qua nihil, niſi quod in terra natum, apponitur*, Capt. I, 2. 86.

Terrifica monſtra, Moſt. *arg. v.* 4.

Terſa mulier, Stich. V, 5. 4.

Terueneficus, *i. e. maximus veneficus*, Bacch. IV, 7. 15.

Teruncius, *a tribus vnciis dictus, libellae quarta pars fuit, ſicut quadrans aſſis*; neque ridiculos teruncii faciunt, *i. e. nihili, flocci faciunt*, Capt. III, 1. 17.

Teſſera hoſpitalis, *ſignum, quo prolato hoſpites agnoſcebantur. Inter Graecos quidem ſollemne erat, vt, qui hoſpites inuicem fieri vellent*, ἀϛράγαλον, *ſeu talum quemdam diſcinderent in duas partes, alteram dantes ei, qui hoſpes fieri volebat, alteram vero ſibi retinentes. Vnamquamque vero partem hoſpites, eorumque liberi, peregrinantes ſecum ferebant, vt agnoſci a ſuis paternisque hoſpitibus poſſent, ſi quando eorum tecta ſubirent*, Poen. V, 1. 25, *et* V, 2. 88, *it. v.* 92. Teſſeram confringere, *violare iura amicitiae, vel etiam hoſpitii*, Ciſt. II, 1. 27.

Teſticulari, *teſtes crepare*, Amph. II, 2. 193.

Teſtis, *qui adeſt alicui, et teſtimonium dat*; Iouem teſtem alicui dare, *i. e. Iouem teſtari*, Pſeud. I, 5. 99. teſtem te teſtor mihi, Rud. V, 2. 51. ne facias teſtes, *i. e. ne contra me teſtes aduoces aut cites*, Curc. IV, 4. 9. teſtem ſibi eſſe certiſſumum, Poen. III, 3. 96. teſtes acerrumi, Men. IV, 2. 30. Pluris eſt oculatus teſtis vnus, quam auriti decem, Truc. II, 6. 8.

Teſtudineus gradus, *vi.* Grandibo.

Tete, *pro, te*; Epid. I, 1. 76.

Tetrior, *comparat. a teter, i. e. foedus, turpis*; tetrior belua, Moſt. III, 1. 78. genus hominum tetrius, ibid. *v.* 128. *ſuperlat.* homo hominum omnium teterrimus, ibid. *v.* 65.

Tetuli, *antique, pro tuli, a fero*; Amph. II, 2. 84. Ciſt. III, 1. 19. Men. II, 3. 30. Moſt. II, 2. 40, *et alibi.*

Textores limbolarii, *vi.* Limbolarii.

Thalaſſicus colos, *vi.* Colos.

Thales Mileſius, *vnus ex ſeptem Graeciae ſapientibus*, Capt. II, 2. 24. Bacch I, 2. 14. *ironice*, Rud. IV, 3. 64.

Theatri nugae, Pſeud. IV, 6. 19.

Theodoromedes, *nomen fictum*, Capt. II, 2. 38.

Therapontigonus Platagidorus, *ficta nomina*, Curc. III, 1. 38.

Thermopolium, θερμοπώλιον, *taberna, vbi confectae dulcesque potiores vendebantur, quas bibebant calidas*, Curc. II, 3. 13. Pſeud. II, 4. 52. Rud. II, 6. 45. Trin. IV, 3. 6.

Thermopotare gutturem, *vi.* Guttur.

Theruchus, *nomen fictum ſerui*; Trin. IV, 3. 13.

Theſaurochryſonichryſides, *nomen comica licentia fictum, ad deſignandas hominis diuitias et auaritiam*, Capt. II, 2. 35. *it.* III. 4. 100.

Theſaurum, *genere neutro dici, putant aliqui; ſed locus procul dubio corruptus eſt*, Curc. V, 2. 76.

Theſaurus, Aulul. II, 2. 88. integer et plenus, Truc. IV, 2. 13. *it.* II, 1. 34. Theſauri Iouis, Pſeud. II, 2. 33. Theſaurus copiarum, *ridic. de ſeruo*; Aſin. III, 3. 65. theſaurum effodere, Trin. III, 3. 53. theſaurus *vſurpatur etiam in re mala*; omnem in tergo theſaurum gerere, Aſin. II, 2. 11. theſaurum mali alicui adportare, Merc. I, 2. 51. is theſaurus iugis mihi eſt in domo, Pſeud. I, 1. 82.

Theſſalus veneficus, Amph. IV, 3. 10.

Thetis, *Pelei Theſſalorum regis vxor, Nerei filia, Achillis mater, et dea maris*; Truc. IV, 2. 17. Theti prognatus, *Achilles*, Epid. I, 1. 33.

Thus, *vi.* Tus.

Thyeſtes, *Pelopis filius, Atrei frater, cuius vxorem Europam ille violauit, qua de re Atreus ipſi filium epulandum adpoſuit*; Rud II, 6. 25.

Thymiamae oues, *i. e. thymi amantes*, Bacch. V, 2. 11.

Tiara, *tegumentum capitis maxime Perſicum, pileus altus et turritus*; Perſ. IV, 2. 2.

Tibias referre ad labias, Stich. V, 4. 41. *conf.* Labiae.

Tibicen, *qui tibia canit*, Stich. V, 4. 33, *et* 41. nimis nihili tibicen, Merc. I, 2. 15. tibicina, *femina*, Aulul. II, 4. 2, *et* 13. Epid. II, 2. 34. Moſt. IV, 2. 25. Stich. IV, 1. 36, *et* II, 2. 56.

Tigillum, *diminut. a tignum, quod omne genus materiei notat, ex qua aedificia ſtruuntur*, Aulul. II, 4. 22.

Timeo, totus torpeo; Amph. I, 1. 179. timeo, quid fiet, Merc. *prol. v.* 109. timeo, quam mox nominer, Truc. IV, 3. 46.

Timidus, *i. e timens*, Caſin. III, 5. 8. Bacch. I, 2. 73. Moſt. V, 1. 1. *timoris ac terroris plenus*, Rud. I, 3. 4. timidam palpo percutere, Amph. I, 3. 28. dolis aliquem in timorem dare, Pſeud. IV, 1. 19.

Tinnimentum illud eſt auribus, *de claua, quia, quum caput ea tunditur, aures tinniunt*, Rud. III, 5. 26.

Tinnire, *tranſlate, pro, acute clamare, garrire*; Aſin. II, 4. 42. Poen. *prol. v.* 33. nimium iam tinnis, non places; Pſeud. III, 2. 99. Caſin. II, 3. 32.

Tintinnabula, *campanulae, ſeu crepitacula*; Trin. IV, 2. 162.

Earum

Eorum inter alia hic quoque vſus erat, vt ſontium ad ſupplicium deducendorum collo ſuſpenderentur, quo tinnitu eorum admoniti populares a fortuito et ominoſo vel carnificis, vel damnati, inferisque iam deuoti hominis, contactu abſtinerent. Pſeud. I, 3. 98.

Tintinnaculi viri, *tortores, qui ferreas compedes indebant vinciendis, iisque inſtrumentis tinnitum faciebant*, Truc. IV, 3. 8.

Tippula, *Gr.* ἰϕυδρὶς, *inſecti genus, ſex pedes habentis, et tantae leuitatis, vt ſuper aquam currens non deſidat.* Perſ. II, 2. 62.

Tireſias, *coniector atque vates nobilis Thebanus*, Amph. V, 1. 76.

Tiro, *miles nouus atque rudis; vſurpatur pro rudi in amore*, Truc. V, 1. 59.

Tis, *pro*, *tui*, *antique*, Mil. IV, 2. 42.

Titani, *vel* Titanes, *Titanis, qui fuit Coeli et Veſtae filius, ſuſcepti e Terra filii, qui inlato diu bello a Ioue tandem victi ſunt;* quaſi Titani, *i. e. quemadmodum Titanes fecerunt*, Perſ. I, 1. 26.

Titanus, *i. e. Titan; quamquam aliqui hoc loco malunt legere*, Tithonum, *qui, Laomedontis frater, infelix ſenex fuit, quum a diis immortalitatem impetraſſet quidem, ſed incommodis ſenectutis haud tamen ideo careret;* Men. V, 2. 101. *conf.* Titani.

Titivillitium, *vocabulum, quod Feſtus nullius ſignificationis eſſe tradit; Fulgentius autem, filum nullius rei, decidens e tela, denotare adſerit;* Caſin. II, 5. 39.

Titubare, Pſeud. II, 4. 75. *pro haeſitare, vel peccare*, Mil. II, 2. 93. *peccare*, Men. I, 2. 33. Mil. III, 3. 70. animus titubans, *turbatus et incertus*, Pſeud. I, 1. 42.

Tolerare, *ſuſtinere*, Aulul. IV, 1. 12. tolerare paupertatem, *vi.* Paupertas.

Tolleno, *genus machinae trahendis aquis adcommodatae*, Fragm. *Aſtrab. v.* 4.

Tollere, *pro educare. Olim enim quum naſceretur infans, in terra illum deponere ſolebant. Eum vero ſi probaret, atque educandum ſtatueret pater, tollebat ac ſuſcipiebat; ſin improbatum educare nollet, abiicere et exponere licebat, vt vel periret, vel ab aliis tolleretur. Hinc:* tollere, quod natum eſt, Amph. I, 3. 3. Ciſt. I, 3. 38. Men. *prol. v.* 33. educare ac tollere, Truc, II. 4. 45.

Tolutim, *quaſi volutim et glomeratim*, Aſin. III, 3. 116.

Tondere aliquem auro usque ad viuam cutem, *ſcil. vt arietem Phryxi, cuius vellus erat aureum*, Bacch. II, 3. 8. *coll.* Capt. II, 2. 18.

Tonſitare, *de ſenibus, quae a Bacchidibus oues adpellantur*, Bacch. V, 2. *v.* 3, 4, 7, *et* 9.

Tonſtrina, *officina tonſoris, et apta ſedes otioſis*, Amph. IV, 1. 5. Epid. II, 2. 14.

Tonſtrix, *ancilla, quae tondebat barbam et capillum domini*, Truc. II, 4. 51. *et* ibid. IV, 2. 59.

Tonſus, *tondendi actus*, Amph. I, 1. 288.

Tormentum ferreum, Curc. II, 1. 12.

Torpere timore, Truc. IV, 3. 50 timeo, totus torpeo, Amph. I, 1. 179.

Tortas ferre conditiones, *i. e. tortuoſas, ambiguas, et perplexas*, Men. IV, 2. 25.

Torulus, *conus e capillis congeſtus, cuiusmodi Athenienſibus place-*

!, *vtpote qui ei cicadas* *iant aureas, vt ſe* *loves eſſe declararent.* *prol. v.* 144.

erpetuae ruunt aedes, *m per partes, aut mem-* *ſed vniuerſa coniunctim,* *l.* Moſt. I, 2. 68, *ſeq.* , *pro, toti,* Fragm. *v.* 2. totus, *pro, omnis,* , 2. 57.

, *vox noctuae,* Men. IV,

ſe dare morti, *i. e. ve-* *c taxo,* Merc. II, 4. 4.

:, *manibus contrectare,* II, 2. 23. *conf.* Indi-

tangere, *molli et ſu-* *manu tangere,* Amph. 57.

aliquem ad carnificem, II, 6. 19. tradere ſe et uas alicui in cuſtodiam, II, 1. 59. tradere ali- iquid effectum, Curc. . 15.

comoedia, *genus drama-* *tragoedia et comoedia mi-* Amph. *prol. v.* 59. *et*

s, *tragoediae auctor, vel* *Oportebat vero hiſtrio-* *abulam edidiciſſe, ante-* *in proſcenium prodiret,* IV, 2. 4.

di, *tragoediarum actores,* III, 2. 4. *conf.* Tra-

dia, *grande poematis dra-* *ue genus, in quo intro-* *tur heroes, reges, duces;* *triſtia, atrocia, etc. re-* *ntantur. Nomen eſt a* *os,* hircus, *quo tragoedi* *i ſolebant.* Amph. *prol.* . 51. 52. 54. 93. Curc. . 1. *et alibi.*

a, *telum validum, ha-* *m, et atrociter ſaucians;* *auctore, ita dictum, quod* *ſcuto infixum trahatur. Trans-* *late, et quaſi prouerbialiter* *vſurpatur:* tragulam in te in- iicere adornat, *i. e. dolum* *aliquem inſignem in te ſtruit,* Epid. V, 2. 25. Pſeud. I, 4. 14. *contrarium eſt,* decidere tragulam, *vel, vt alii legunt,* deiicere; *i. e. machinas alte-* *rius deſtruere; vel etiam, vul-* *nere inciſo telum euellere,* Caſin. II, 4. 18.

Trahax, *qui rapacitate ſua quae-* *uis ad ſe trahere intendit,* Pers. III, 3. 6.

Trahere domum, quidquid lu- cri eſt, Moſt. III, 2. 114. ego me cum illis vna ibidem traho, *i. e. ego imprudentia* *mea non minus peccaui, dum* *illorum ſtultis verbis tam diu* *aurem praebui;* Trin. I, 2. 166. Trahere, *pro, extrahere,* Rud. II, 5. 2. trahi obtorto collo, *vi.* Obtorto collo.

Traloqui, *a principio ad extre-* *mum eloqui,* Pers. III, 3. 7.

Tramae putridae, *fila putrida.* *Trama enim ſubtegmen, ſeu* *filum eſt, quod intra ſtamen* *in textura trameat, ſeu currit,* Rud. V, 2. 37.

Tramittere, Epid. III, 4. 27.

Tranium, *pro, Tranionem,* Moſt. III, 1. 33.

Tranquillare voltum alicuius, *tranquillum et ſerenum facere,* Capt. I, 2. 21.

Tranquillitas euenit, Poen. III, 5. 8.

Tranquillus, *pacatus, placidus,* *quietus, mitis;* Amph. III, 3. 3. Bacch. V, 2. 55. mitis tranquillusque homo, Truc. IV, 3. 2. tranquillus alicui, Stich. IV, 1. 24. Tranquil- lum eſt; alcedonia ſunt cir- cum forum, Caſin. *prol. v.* 26. *conf.* Alcedo. Facere ſibi aliquem tranquillum, Capt. IV, 2. 84. Poen. I, 2. 142. facere aliquem oleo tranquil- liorem

liorem alicui, Poen. V, 4. 66. facere aliquem ex irato tranquillum ſibi, Ciſt. III, 1. 21. tranquilla via, *vi.* Via.

Tranſcindere omnes loris, *loris vehementius caedere*, Pers. IV, 8. 1.

Tranſennae, *pro funiculis aucupum ad inſidias concinnatis, vel, pro opere reticulato, ſuſpendi ſolito ad capiendas aues;* Bacch. IV, 6. 22. Rud. IV, 7. 10. Pers. IV, 3. 11.

Transfigi corpus quindenis haſtis, *i. e.* κατὰ, quod attinet ad corpus, Moſt. II, 1. 11.

Transfugerunt arma ad hoſtes, *ridicul.* Epid. I, 1. 28. *coll. v.* 33.

Tranſigere inchoatam comoediam, *i. e. prodere in principio comoediae, quod demum in illius exitu eſt declarandum, fabulaeque adeo ante tempus finem imponere;* Amph III, 1. 8.

Translegere ſyngraphum, *i. e. ab initio ad finem perlegere,* Aſin. IV, 1. 5.

Transmarinus hoſpes, Moſt. II, 2. 66.

Transtinet commeatus trans parietem, *i. e. commeatus continuus eſt per parietem.* Mil. II, 6. 58. *Transtinere enim hoc loco idem, quod,* continere, Stich. III, 1 44.

Transuerſum digitum excedere, *i. e. minimum excedere,* Aulul. I, 1. 18. ex transuorſo cedere, quaſi cancer ſolet, Pſeud. IV, 1. 45.

Trapezitae, *menſarii, argentarii; apud quos pecunia et cuſtodiae, et foenoris cauſſa poni ſolebat*, Capt I, 2. 90, *et* II, 3. 89. Curc. III, 1 36. Pſeud. II, 4. 67. Epid. I, 2. 40, *et alibi.*

Tresuiri, *triumuiri, qui ex eo, quod noctu excubias agebant, Nocturni vocati ſunt. Eos nonnulli a Triumuiris capitalibus diſtinguunt; alii vero eosdem eſſe putant.* Amph. I, 1. 3. Aſin. I, 2. 5. Aulul. III, 2. 2. Pers. I, 2. 20.

Tribunus vapularis, *iocular.* Pers. I, 1. 22.

Tributus, *gen. maſc. pro, tributum;* Epid. II, 2. 43.

Tricae, *proprie pili, vel fila nullius pretii, quibus implicari animalcula ſolent; translate autem omnia, quibus irretiri poſſumus, impedimenta, et res nugatoriae;* Curc. V, 2. 15. Rud. V, 2. 36. Pers. IV, 3. 62. coniicere aliquem in tricas, Pers. V, 2. 18.

Triduum aetatis, Bacch. III, 3. 57.

Trifur, Aulul. IV, 4. 6.

Trifurcifer, Aulul. II, 4. 47. Rud. III, 4. 29, *ſeq.*

Trigemini filii, Mil. III, 1. 123.

Trigonus, τρυγὼν, *piſcis, qui Latinis* paſtinaca marina *dicitur*, Capt. IV, 2 71.

Trimodium, *menſura trium modiorum;* Men. *prol. v.* 15.

Trimus, *trium annorum*, Rud. III, 4. 39.

Trina, *ſcil. pugna, pro tertia;* Bacch. II, 3. 40.

Triobolum, *numus trium obolorum, qui apud Athenienſes ab altera parte Iouis, ab altera vero noctuae effigiem habebat.* Rud. V, 2 43, *et* 67. it. V, 3. 11. *et* IV, 3. 100. Triobulus, *idem;* Bacch. II, 3. 26 Poen. IV, 2. 46. homo trioboli, Poen. I, 2. 168, *et* II, 1. 17.

Triparcus, *valde vel nimis parcus*, Pers. II, 3. 14.

Triſtis alicui, *pro irato*, Caſin. II, 3. 14, *et* II, 4. 4.

Triticeae lolligiunculae, *vi.* Lolligiunculae, *et* Hordeiae.

Tritor ſtimulorum, Pers. V, 2. 17.

Triuene-

Triuenefica, Aulul.I, 2. 8.

Triumphus, *pompa Romanorum maxime ſollemnis, quae fiebat redeuntibus in vrbem hoſtium victoribus*, Bacch. IV, 9.150. ite hac triumphi ad cantharum recta via, Pſeud. IV, 4. 13.

Troiae obſidio, *comparata cum technis atque dolis ſerui*, Bacch. IV, *ſcenae* 9. *initio*;

Troilus, *Priami regis Troianorum filius, quem aliqui in templo, alii autem ex inſidiis, atque item alii in certamine cum Achille interfectum eſſe dictitant*, Bacch. IV, 9. 30.

Truculentia, *morum feritas, et atrocitas*, Truc. III, 2. 7.

Tryblium, τρύβλιον, *catinus, patella*, Stich. V, 4. 9.

Tu es ego, ego tu ſum, *de riualibus et amicis*, Stich. V, 4. 49.

Tuam fidem! *formula obteſtandi*, Curc. I, 3. 40.

Tuapte ſponte, Trin. III, 2. 40.

Tuatim, antiquum, *pro, tuo more*, Amph. II, 1. 4.

Tuburcinari, *verb. antiq. raptim deuorare*, Perſ. I, 3. 42.

Tumultuare, *verb. act.* Rud. III, 2. 15, *et* 24. tumultuari, *verb. depon.* Poen. III, 1. 22.

Tumultuoſus ſonitus, Trin.V, 2. 52.

Tumultus, *quaſi tumor multus, commotio, trepidatio*; Amph. *arg. v.* 8. *tumultus ac ſonitus*, Bacch. V, 2. 1. tumulti; *antiq. pro, tumultus*, Caſin. III, 5. 22. Poen. I, 1. 79.

Tundere aures, *i. e. obtundere*, Poen. I, 3. 25.

Tunica ralla, *vi.* Ralla.

Tunica, *apud Romanos erat veſtis interior virorum, ſine manicis et breuior, cui toga proxime ſuperinduebatur; hinc prouerbium:* tunica propior pallio eſt, Trin. V, 2. 30. *Manicatas tunicas habebant Poeni, quare Hanno Poenus auis adpellatur, incedens cum manicis, alarum inſtar libere fluentibus*, Poen. V, 2. 15. *add.* ibid. V, 5. 19.

Tunicatus homo, *de Hannone Carthaginienſi*, Poen. V, 3. 2. *conf.* Tunica.

Turba, *pro agmine, ſeu multitudine*, Amph. I, 1. 69.

Turbare, *abſol. pro, turbas excitare*, Bacch. I, 1. 74, *et* IV, 9. 64. Moſt. III, 1. 15, *et* IV, 3. 38. it. V, 1. 12. *pro commouere, inquietare*; turbare facta, Moſt. II, 1. 69. Caſin. V, 2. 6. Mil. III, 2.1. turbare turbas, *Graeciſmus*; Bacch. IV, 10. 1.

Turbella, *diminut. a turba*; turbellas facere, Bacch. IV, 9. 134. turbellas dare, Pſeud. I, 1. 108.

Turbida res eſt mihi, Moſt. V, 1. 11.

Turbo ventus, *qui cum fragore deſcendit, turbatque et proſternit omnia*, Curc. V, 2. 47. turbines venti circumſtabant nauem, Trin. IV, 1. 16. turbo in arena, *pro veſtigiis confuſis in arena, cuiusmodi turbo efficit*, Ciſt. IV, 2. 31. Turbo non aeque citus eſt, *ancipiti ſenſu. Nec enim de vento tantum, qui eſt citiſſimus, hyperbolice accipi poteſt; ſed etiam de inſtrumento puerorum luſorio huius nominis, quod vel loro, vel funiculo circumagitur. Poſterior tamen ſignificatio propius ad veri ſimilitudinem accedit; quoniam*, vorſari, *praecedit*, Pſeud. II, 4. 55.

Turbulentae res, Epid. I, 1. 68. turbulenta praeda, Rud. IV, 4.142, *et* turbulenta tempeſtas, ibid. *v.* 143.

Turdetani, *proprie ſunt populi Luſitaniae, de quibus Strabo videndus; Plautus vero iocula-riter vſurpat pro iis, qui tur-dos vendunt;* Capt. I, 2. 60.

Turdus, *auis, translato ſignifi-catu,* Bacch. IV, 6. 22.

Turgere alicui, *iratum eſſe,* Caſin II, 5. 17. Moſt. III, 2. 10.

Turpilucricupidus, *turpi lucro inhians,* Trin. I, 2. 60.

Turpis, *pro deformi,* Poen. I, 2. 110, *et* 125.

Turpitudo, *probrum, infamia,* Pſeud. III, 1. 2.

Turtur, *auis e genere columba-ceo;* Poen. II, 1. 40. Turtur, *obſcoen.* Bacch. I, 1. 35.

Tus, *vel* thus, *odor, quo diis ſacrificatur, in Arabia proue-niens,* Trin. IV, 2. 89. Truc. II, 5. 27. turis gra-num ſacruficare, Poen. II, 1. 3.

Tuſculum, *diminut. a tus,* Au-lul. II, 8. 15.

Tuſcus, *i. e. Tyrrhenus vel He-truſcus. Tyrrhenorum autem fi-liae, ſicuti Lydorum, ex me-retricio quaeſtu dotem ſibimet parare conſueuerunt. Hinc:* Tu-ſco more ſibi corpore indigne dotem quaerere, Ciſt. II, 3. 20.

Tuſcus vicus, *vicus vrbis Ro-mae in Velabro. Quum enim Hetruſci, regnante Porſena, ad Ariciam, quam oppugnatum exierant, fuſi profligatique eſ-ſent, pars eorum Romam ve-nit, ibidemque excepti, atque vrbis caritate retenti ſunt. In-de locus ad habitandum datus* Tuſcus *adpellatus eſt.* Curc. IV, 1. 21.

Tutare, *verb act. antiq.* Amph. II, 2. 20. *verb. depon.* ibid. I, 1. 59, *et* 196.

Tute, *i. e. tu,* Curc. I, 1. 9. Poen. III, 3. 98. Trin. I, 2. 88.

Tute, *adv. pro, tuto,* T 2. 102.

Tutela; fabula eſt in . Veneris, Truc. V, 1. 7 telam ianuae gerere, *rem, ianuae cuſtodem* Truc. II, 1. 43. gerere lam tergo ſuo, *cauere verberibus,* Trin. IV,

Tympanotriba, *Gr.* τυμ τρίβης, *qui tympanum ponitur pro eneruato et eff to, quales erant ſacerdotes exſecti, qui in ſacru ſuis ty pulſabant,* Truc. II, 7.

Tympanum, Poen. V, *cur cinaedo, aut effemin buatur, vi. paullo a* Tympanotriba.

Tyrannus, *pro rege, vel no quouis,* Curc. II, Pſeud. II, 4. 12.

V

Vaciuae aures, *per i quemadmodum aedes aut vaciuae dicuntur* ſin. *prol. v.* 29. dare uas aures, Trin. *prol* vaciuae aedes au Pſeud. I, 5. 54.

Vaciuitas cibi lactibus *i. e. Vacuitas,* Curc. II, *conf.* Lactes.

Vaciuus virium, *i. e. v* Bacch. I, 2 46.

Vacuus noxiis, Merc. 23.

Vadari, *vades poſtulare, monio aliquem obſtringere* lul. II, 4. 40. Perſ. II, Vadatus, *paſſiue, p vadibus obſtrictus, vel de, aut fideiuſſione ami tralate vſurpatur in amo otio,* Bacch. II, 2. 3. Vadimonium.

Vades, *qui pro aliis ſpon iudicio, vt eis vadere et vſque ad conſtitutam di*

ceat, Pers. II, 4. 18. *conf.* Vadimonium.

Vadimonium, *vocabulum forenſe*, *notans ſponſionem*, *certa et conſtituta die comparendi in iudicio*, *vel per ſe*, *vel per aduocatos. In actione enim actor primum petebat a Praetore*, *vt ſibi in aduerſarium intendere liceret*, *reus autem poſtulabat aduocatum. His impetratis actor* vades *petebat*, *fore*, *vt reus certo die ſe iudicio ſiſteret; ita que adeo reum* vadari *dicebatur. Reus contra* vadimonium promittere, *et*, *ſi non adeſſet*, vadimonium deferere *dicebatur. Denique ſi conſtituta die* tranſactum *non eſſet. Praetor litigantes citabat, et qui non adfuiſſet*, *cauſſa cadebat.* Vadimonium facere, *comparere in iudicio*, *ſiſtere ſe ad diem*, Epid. V, 2. 19. conuadatus Veneriis vadimoniis, Curc. I, 3. 5. *conf. ſupra*, Praeseſt.

Vadum, *eſt aquae*, *lacus*, *fluminis*, *aut maris*, *qua via datur*, *atque tuto tranſiri poteſt.* Rud. I, 2. 81. Res videtur eſſe in vado ſalutis, Aulul. IV, 10. 73.

Vae, *interiectio dolentis*, *vel exſecrantis*, Aſin. II, 2. 40. Moſt. III, 1. 18. Poen. III, 5. 38, *et alibi.* Vae victis; *vox Brenni, Gallorum Senonum regis*, *qui gladio ad pondera adiecto Romanis adclamauit: vae victis! ex quo tempore haec formula in prouerbium abiiſſe videtur*, Pſeud. V, 2. 19.

Vaenire, *vel*, *venire*, *i. e. venundari*, *vendi*, Curc. II, 1. 28. Men. II, 2. 15. Pſeud. IV, 6. 28. *et alibi. pro decipi*, *deludi*, Bacch. IV, 7. 16. vaenibis, *antique*, *i. e. venderis*, Pers. III, 1. 8. vaenibit, Merc. II, 3. 124.

Vagum eſſe circa vicinos, *vagari in vicinia*, Mil. II, 5. 14.

Vah! *interiectio admirantis*, *et inſultantis*, Curc. II, 1. 33, *et* III, 1. 79. Poen. I, 3. 21. Trin. V, 2. 13.

Vaha, *interiect. admirantis*, *vel eludentis*, Caſin. IV, 4. 25.

Vale atque ſalue, *formula eorum*, *qui diſcedebant ab iis*, *quos porro non viſuri erant.* Capt. III, 5. 86. Curc. IV, 3. 36. *et* IV, 4. 32. Ciſt. I, 1. 118.

Valentula, *viribus ſat bene valens*, Caſin. IV, 4. 26.

Valere, *eſſe ſecunda et robuſta valetudine*, Amph. V, 1. 51. Truc. I, 2. 26. quid agitur; vt valetur? Pers. II, 5. 8. valuiſtine vſque, *i. e. huc vſque*, *vel perpetuo*; *formula ſalutandi eos*, *quos aliquamdiu non viderant*, Curc. I, 1. 16. Bacch. II, 3. 14. pepetuon' valuiſti? Epid. I, 1. 15. valere pugilice atque athletice, *vi.* Pugilice. Pancratice atque athletice valere, *vi.* Pancratice. Valere varie, *i. e. modo bene*, *modo male*, Epid. I, 1. 15. Valeat pater, *ambiguo ſenſu*; *valere enim aliquando etiam imprecatiuum eſt*, Moſt. II, 1. 27. Valere *etiam vires et potentiam ſignificat*: plus poteſt, qui plus valet, Truc. IV, 3. 38. valet pectus perfidia, Bacch. II, 2. 48.

Valgus, *qui talos vitioſos atque ſuras prominentes habet*, Mil. III, 1. 128. ſauia valga, *vi.* Sauium.

Valide, *pro*, *valde*, Amph. V, 1. 10, *et* 78. Merc. *prol. v.* 48. Rud. II, 1. 14. *pro*, *ſane*, Pſeud. I, 3. 130, *et* I, 2. 12.

Vanidicus, *mendax*, *vana et falſa dicens*, Trin. II, 1. 37.

Vaniloquentia, Rud. IV, 1. 14.

Vaniloquidorus, *nomen comica licentia fictum*, Pers. IV, 6. 20.

Vanitudo, *vanitas*; tu inuentus, vera vanitudine qui conuincas, *i. e. qui vanitate conuincas ea*, *quae vera ſunt*, Capt. III, 4. 37.

Vapulare, *verberari, percuti*; Aſin. II, 3. 24, *et* II, 4. 72. vapulare ego te vehementer iubeo, *i. e. verbera parata tibi ſunt*; *vapulabis non mediocriter*, Curc. IV, 4. 12. vapulare, *pro dolere*, *vel, vt Graeci dicunt*, οἰμώζειν, *plorare*; Perſ. II, 3. 17.

Variari virgis et loris, *i. e. ita verberari, vt tergum inde varium colorem ducat*, Poen. *prol. v.* 26. niſi agitari mauis varius virgis, Mil. II, 2. 61. voſtra latera loris faciam, vt valide varia ſint, Pſeud. I, 2. 12.

Varus, *qui diſtorta crura habet*, Mil. III, 1. 128. Merc. III, 4. 54.

Vas aheneum, Pſeud. II, 2. 61.

Vaſa pura, *vi.* Pura vaſa.

Vaſa Samia, *vi.* Samia vaſa.

Vaſa ſalua referre, *i. e. genitalia, quae moechis ἐπαυτοφώρῳ deprehenſis amputari ſolebant.* Poen. IV, 2. 41.

Vaſtities, *deſtructio*, Pſeud. I, 1. 68.

Vaſum, *antique, pro, vas*; vaſum argenteum, aut vaſum aënum aliquod, Truc. I, 1. 33. *ſ.*

Vberrumi fructus, Pſeud. V, 2. 10. *ſ.* vbet onus, *vi.* Oneri vberi eſſe.

Vbi, *aduerbium loci*; Amph. I, 1. *v.* 131, 180, 257, 264, *et* 300. Aſin. II, 2. 1. Aulul. I, 1. 24. Capt. II, 2. 2. Curc. I, 1. 78. *et alibi paſſim*, *aduerb. temporis*; Amph. I, 1. 56. Aſin. I, 3. 57. Aulul. II, 2. 7. Capt. II, 1. 37. Curc. I, 1. 60. Caſ. II, 2. 3. Ciſt. I, 2. 18, *et alibi.* Vbi, *notat etiam materiam in qua*; Aſin. IV, 1. 22. Truc. I, 1. 53. Vbi, *i. e. in quibus, vel, per quas*; comoediae, vbi boni meliores fiant, Capt. *Caterua, v.* 5. *ſeq.* Vbi, *pro, ſi, ſi forte*; Pſeud. IV. 7. 16. Epid. I, 1. 37, *et* I, 2. 10. Bacch. II, 3. 18. Moſt. I, 3. 116. Vbi, *pro, quia*; Pſeud. IV, 7. 17. Vbi, *vſurpatur etiam cum pleonaſmo*; Vbi loci, Capt. V, 2. 5. Merc. V, 4. 26. vbi eſt iſthuc terrarum loci? Aſin. I, 1. 17. vbi terrarum, Amph. I, 1. 180. vbi gentium? Epid. V, 2. 13. Pſeud. II, 2. 25. Vbi vbi; Curc. I, 2. 3. Caſin. III, 6. 3. Mil. II, 4. 46. vbi vbi gentium; Aſin. II, 2. 21. Mil. IV, 9. 2.

Vectari, *deponentis forma*, Merc. I, 1. 76.

Vectura, *i. e. pretium ſeu merces, quae pro vectura ſoluitur*, Moſt. III, 2. 138.

Vehiculum eburatum, *vi.* Eburati lecti. Vehiculum argenti miſer eieci, amiſi, *i. e. pecuniae ſummam, e qua lucrum ſperaui, omnem perdidi*; *metaphora a piſcatoribus ducta, qui captandorum piſcium cauſſa rete eiiciunt*, Perſ. V, 2. 5.

Vel, *copulatiue, pro, etiam*; Rud. II, 4. 10. vel hercle, Aul. V, 1. 22.

Velabrum, *locus Romae, de quo nondum ſatis omnia ſunt explorata. Ante Tarquinium Priſcum palus fuit, quae deinceps exſiccata, et congeſta terra ita exaequata eſt, vt habitari poſſet. Itaque hoc nomine deſignabatur vallis inter Palatinum, Auentinum, et forum, quae ſtagnantibus illic aquis olim nauigari ſolebat. Veteres tamen inter maius et minus velabrum diſtinguunt, nec adeo ſatis certum, quo velabri loco tabernae* oleariorum *fuerint.* Capt. III, 1. 29. Curc. IV, 1. 22.

Velatis manibus orare; *veterum Graecorum more. Nec enim aliud hic innui exiſtimo, quam velamenta ſupplicum, quae vocat Liuius L.* 25. *c.* 25. *et L.* 29. 16. *Quin et Virgilius in re ſimili, praelatas manibus vittas ac verba precantia, Aen.*

L.

L. VII. v. 237. *dixit.* Amph. I, 1. 101.

Velim vt velles, *elliptica dicendi ratio, qua dolorem ſuum teſtabantur, ſi quid amico praeter voluntatem accideret; quaeque plenius in hunc fere modum efſertur: velim, vt, quae ipſe velles, tibi eueniant*, Moſt. III, 2. 53.

Velitari, *leuiter contendere; Velites enim milites fuerunt leuis armaturae, quaſi volites*, Men. V, 2. 28.

Velitatio, *pugna leuior; itemque probrorum, vt ait Feſtus, vltro citroque obiectio*, Rud. II, 6. 41.

Velum ſcindere, *nauis ſcilicet*, Trin. IV, 1. 18. velum vortere, Epid. I, 1. 47. Poen. III, 5. 9. velum paſſum, *vi.* Paſſum velum.

Velut, *quemadmodum*; Pſeud. III, 1. 5. Poen. IV, 1. 2, *et* IV, 2. 2.

Velle alicui bene, *i. e. fauere*; Pſeud. IV, 3. 7. optume, Moſt. I, 4. 24.

Venalem aliquem habere, *aliquem clam fallere, circumuenire*, Mil. II 6. 97. venales habere, *mangonem agere*, Trin. II, 2. 51. grex venalium, *ſeruorum ſcilicet*, Aulul. III, 3. 4.

Venaticus canis, Mil. II, 2. 113. paraſiti venatici, *i. e. macilenti, et ciborum auidi, vt canes venatici*; Capt. I, 1. 17.

Venator cum cane aetatem exigens, Caſin. II, 5. 12. venator cum auritis plagis, *i. e. qui ſermonem venatur aliorum*, Mil. III, 1. 14. *conf. ſupra*, Plaga. Venari de verbis alicuius, Mil. IV, 2. 38.

Venatum ducere inuitas canes, *prouerbialiter*; Stich. I, 2. 82.

Venaturam facere oculis, atque aucupium auribus, Mil. IV, 1. 43.

Venatus, *pro piſcatu*, Rud. IV, 3. 31.

Venditaria lingua, *venalis*, Stich. I, 3. 103.

Venditare ſe, *de muliere virum adpetente*, Mil. II, 3. 41. *add.* Curc. IV, 1. 21.

Veneficus, *conuicium*, Rud. IV, 3. 48. Perſ. II, 4 7. Pſeud. III, 2. 83. Venefica, Epid. II, 2. 37. Moſt. I, 3. 61. Truc. IV, 2. 49.

Venerare, *forma act. antique, pro venerari*, Truc. II, 5. 23. Bacch. II, 1. 4.

Venerari, *colere, reuereri*, Aul. *prol. v.* 8. Rud. II, 1. 16. Poen. V, 1, 17.

Venereus, Venerius, *vi.* Venus.

Venire, *vendi*, *vi.* Vaenire.

Venire, *pro eſſe*, Aulul. II, 3. 62. Bacch. II, 3. 129. Mil. III, 3. 18. *pro*, redire, Curc. III, 1. 67. Venit in mentem mihi de aliqua re, Moſt. I, 3. 114.

Venter *quotidiani victi, i. e. victus*, Capt. IV, 2. 75. venter collatiuus, *eduliis, quae in eum conferuntur, turgens*, Curc. II, 1. 16. ſaluus, *i. e. incolumis a machaera militis*; Truc. II, 7. 69. adhaeret homini ad infimum ventrem fames, Stich. I, 3. 82. trahere ſuſpirium ex intimo ventre, Truc. II, 7. 41. ſana ventris cauſſa circumire; *i. e. ſacrificiorum nidorem ſequi, et ſacris epulis explere ventrem*, Rud. I, 2. 52. confidentiam in ventrem ſumere, *vino et epulis repletum fiduciam prodere, non ex animo aut virtute, ſed ex ventre natam*, Capt. IV, 2. 25.

Ventio; quid tibi huc ventio eſt? *i. e. quid eſt, quare huc veniſti?* Truc II, 7. 61.

Ventrioſus, *capaciorem ventrem habens*, Aſin. II, 3. 20.

Ventulus, Curc. II, 3. 37. Caſin. III, 5. 14.

Ventus, Curc. II, 3. 36. ventus turbo, ibid. V, 2. 47. Ventus nauem deſeruit, *ventus ſecundus ſcilicet;* Moſt. III, 2. 48. *ſeq.*

Venus, *amorum, gratiarum, et voluptatum dea,* Bacch. I, 2. 7, *et* IV, 8. 52. Poen. I, 2. 65. Truc. IV, 1. 2. Mil. IV, 6. 12. *et ſeq.* Venus alma, Rud. III, 3. 32. amoena, Stich. V, 5. 1. auara, Poen. II, 1. 11. bona, ibid. II, 1. 16. Calydonia, *a loco, vbi colebatur, ita dicta,* Poen. V, 4. 8, multipotens, Caſin. IV, 4. 17. noctuuigila, Curc. I, 3. 40. patrona, *dicitur a ſacerdote femina,* Rud. I, 5. 1. venuſta, Moſt. I, 3. 5. diua venuſtiſſima, Poen. V, 4. 4. Veneri peruigilare, *v.* Peruigilare. Veneri votum ſoluere, Rud. *prol. v.* 60. ſectari Venerem, Rud. I, 2. 57. Veneris vicinus, *qui prope aedem Veneris habitat,* Rud. III, 6. 11. Veneris ara, Curc. I, 1. 71. Veneris aedes, Poen, I, 2. 105. Veneris fanum, Rud. II, 2. 3, *et* II, 3. 1, *et* 2. 7. 2, *et alibi.* Veneris nepos, Mil. IV, 6. 50. Veneris oratio, Stich. V, 5. 7, Veneris praelium, Perſ. I, 1. 24. Veneris regnum, Pſeud. I, 1. 13. Veneris ſacerdos, Rud. II, 4. 17. in tutela Veneris eſſe, Truc. V, 1. 75. Venereus nepotulus, Mil. V, 1. 20. eductus in nutricatu Venerio, *i. e. venuſtus et amoenus; Venus enim gratiarum plenos efficit,* Mil. III, 1. 55. Veneria antiſtita, *ſacerdos fani Veneris,* Rud. III, 2. 10. ſacerdos Veneria, Rud. II, 3. 20.

Venus, *pro gratia et venuſtate;* amoenitates omnium venerum atque venuſtatum adferre, Stich. II, 1. 5.

Venus, *vocab. quo amatores amicas ſuas per blanditiam adpellabant,* Curc. I, 3. 36. Bacch. II, 2. 39.

Venus, *in talorum luſu dicebatur iactus qui talos omnes diuerſa figura oſtentabat, et praecipuus habebatur; quoniam, qui iaciebat eum, plane vincebat. Atque hinc eſt, quod Plautus dicit:* hoc Venerium eſt, Aſin. V, 2. 55.

Venuſtates omnes, Pſeud. V, 1. 12. *venuſtatum copia,* Poen. V, 4. 5.

Ver, *de vernante muliere,* Truc. II, 4. 2.

Verba dare, *i. e. fallere, deludere,* Capt. III, 4. 118. Curc. IV, 4. 27. Epid. I, 1. 85. *et alibi.* Verba facere emortuo, *laudare aliquem, vt heredes mortuum laudare conſueuerunt,* Poen. IV, 2. 18.

Verbena, *herbae ſpecies; ſpeciatim herba ſacra, et religioni apta, etſi, quaenam illa fuerit, interpretes non conſentiunt,* Truc. II, 5. 27.

Verberabiliſſimus, *verberibus digniſſimus,* Aulul. IV, 4. 6.

Verberantes et pendentes ſimul; *legere malunt alii:* verberans ambas; *alii autem* verberantes *paſſiue accipiunt,* Truc. IV, 3. 3.

Verberare, *verberibus caedere;* noli verberare lapidem, ne perdas manum, Curc. I, 3. 41. verberare verbis, Truc. I, 2. 17. vox aures verberat, Amph. I, 1. 177. Verberare, *pro fallere, decipere,* Pſeud. I, 5. 60.

Verberea ſtatua, *vi.* Statua.

Verbereum caput, *verberibus adſuetum,* Perſ. II, 2. 2.

Verbero, *conuicium in ſeruos, quorum coſtae verberibus iam fere callent,* Amph. I, 1. 128, *et* 188. Curc. I, 3. 40. Moſt. V, 2. 11. *et alibi.*

Verbis velitationem compendi facere, *i. e. velitationem, quae fit verbis,* Aſin. II, 2. 41.

Verbum vetus et vulgatum, Epid. III, 2. 14. verbis meis, *i. e. meo nomine*, Amph. III, 3. 12. Merc. IV, 4. 47. tuis verbis, Mil. III, 3. 39. Bacch. IV, 4. 79. verbis ſuis, Rud. II, 3. 74. ſalutem alicui nuntiare verbis patris, Trin. III, 3. 42. verbis conceptis periurare, *vid.* Iurandum. Verbum, *pro dicto quolibet*, Caſin. II, 5. 39. *pro prouerbio*, Merc. IV, 4. 31. Moſt. III, 2. 104. Poen. I, 1. 107. Truc. IV, 4. 32.

Verculum, *diminut. a ver, per blanditiam*, Caſin. IV, 4, 15.

Verecundari apud menſam neminem decet, Trin. II, 4. 77.

Vereri, *verbum pro ſubſtantiuo*; hic vereri perdidit, *i. e. verecundiam perdidit*, Bacch. I, 2. 50. vereri aliquem, Mil. IV, 6. 51.

Vergiliae, *ſeptem ſtellae in ſigno tauri, alio nomine, Pleiades*, Amph. I, 1. 119.

Veriuerbium, *dictum verum*, Capt. III, 4. 36.

Verna, *ſeruus ex ſeruo, aut ancilla, in familia natus*, Amph. I, 1. 24.

Vernaculum conſilium, *vi.* Conſilia.

Vernilitas, *adfectata et minime ſincera vrbanitas*, Fragm. Bacch. *v.* 5.

Vero, *particula adſeuerandi, pro, imo, certe*; Amph. I, 1. 25. Aſin. I, 1. 43. Men. V, 2. 73. Perſ. IV, 6. 10. hercule vero, Men. I, 3. 33, Moſt. III, 1. 18. Perſ. III, 3. 43, *et* I. 3. 82, imo hercle vero, Caſin. *prol. v.* 38. *item particula aduerſatiua*, Truc. II, 2. 14. eia vero, Epid. II, 2. 77. enim vero ſerio, Poen. I, 3. 26. *it. part. expletiua*; Capt. II, 2. 7. Epid. I, 1. 3. *Ironiae aliquando inſeruit*, Aulul. II, 4. 6. Moſt. III, 1. 60. *Vſurpatur pro, vere, a verus, vt* falſo *a falſus*; Aſin. III, 2. 22. Moſt. I, 3. 21. Capt. III, 4. 35. Truc. II, 2. 47, *et alibi. Pro verbis ad veri ſpeciem compoſitis*, Mil. II, 2. 31. *pro argumentis ad perſuadendum aptis*, Moſt. I, 2. 12. Vero, *pro igitur*, Epid. V, 2. 58.

Verrere aedes, Merc. II, 3. 63. *domi quidquid habet, verritur ἔξω, i. e. foras*, Truc. II, 7. 7.

Verſare, *vel* Vorſare, *frequentius vertere, proprie uſurpatur de piſcibus, ſaepius verſandis, dum aſſantur*, Aſin. I, 3. 28. verſare aliquid in corde ſuo, Trin. II, 1. 1. Vorſari in re aduorſa, *verſutum eſſe, vbi res et neceſſitas poſtulat*, Pſeud. II, 4. 55. Vorſari in amoris rota, *diuexari*, Ciſt. II, 1. 4. *pro fallere, ludificari*, Bacch. IV, 5. 6. Perſ. V, 2. 17. Ciſt. I, 1. 96.

Verſipellis capillus, *caneſcere incipiens*, Perſ. II, 2. 48.

Verſis gladiis depugnare, *i. e. transmutatis*, Caſin. II, 5. 36.

Verſu, *vel* Vorſu vincere, *i. e. ſpecie quadam motus in ſaltatione*, Stich. V, 7. 2.

Verſus immemorabiles, *verba et ſententiae certis pedibus et numero diſpoſitae, vt in carminibus fieri neceſſe eſt, ſed memoratu indignae*, Capt. *prol. v.* 56. verſus meliores facere, Trin. III, 2. 81.

Verſutus, *vafer, callidus, qui varie et ſimulate huc atque illuc fertur*; nimis vorſutus, nimis malus, Pſeud. IV, 8. 6. vorſute malus, Pſeud. IV, 3. 1. vorſutior, quam rota figularis, *ridicul.* Epid. III, 2. 35.

Vertere, *vel* Vortere, *mutare merces*; Curc. IV, 1. 23. Vortere, *abſolute, pro, conuertere ſe*, Merc. II, 3. 97. *pro, terga vertere, in fugam ſe conuertere*, Amph. I, 1. 95. *pro, ſuccedere*, male res vortunt, Perſ. IV, 1. 5. male vortit res pe-

cuaria, Truc. I, 2. 45. conſilium male vortit alicui, Pſeud. II, 3. 16. deos volo conſilia voſtra recte vortere, Trin. V, 2. 31.

Verum, *antique, pro, veru*, Rud. V, 2. 17. *pro veritate*, Moſt. I, 2. 12, *et* I, 3. 24, *et* III, 1. 56.

Verum, *pro, verum tamen*, Aſin. III, 3. 111. verum enim, Ciſt. I, 1, 82. Poen. IV, 2. 52. verum hercle verum, Capt. I, 1. 7. verum hercle vero, Curc. III, 1. 5.

Veruex, *mas ovium*; vetulus veruex, *ſenex pruriens, et ad Venerem ineptus*, Caſin III, 2. 5. Merc. III, 3 6 Veruex ſectarius, *vi.* Sectarius.

Veruina, *iaculi genus longum, quod et* verutum *adpellant*, Bacch. IV, 8. 46.

Veſanus, *male ſanus, vecors*, Trin. IV, 1. 7.

Veſica; nolo in veſicam quod eat, *i. e. nolo cibum liquidiorem*, Perſ. I, 3. 18.

Veſper, *vel* Veſperus, *vltima diei pars*, Aſin. III, 3. 40. *pro coena veſpertina*, Bacch. V, 2. 87. Moſt. I, 1. 64. Rud. I, 2. 91. de veſperi ſuo viuere, *i. e. ſua quadra viuere, atque opum fiducia curioſius, quam decet, aliorum hominum negotia rimari*, Mil. IV, 2. 5.

Veſperugo, *ſtella Veneris, quam Graeci vocant* ἕσπερον, Amph. I, 1. 119.

Veſtimentum muliebre, Men. IV, 4. 96. virile, ibid. *v.* 97.

Veſtiſpicae, *famulae veſtimenta inſpicientes et cuſtodientes*, Trin. II, 1. 22.

Veſtrorum, *vel* Voſtrorum, *pro, voſtrûm*; maxuma pars voſtrorum intellegit, Moſt. I, 3. 123.

Veterator, *vetus in aſtutia, et in omni re callidus*, Moſt. III, 1. 78.

Veteres, *tabernae ſcilicet, quae Romae in foro erant*, Curc. IV, 1. 19.

Veternus, *morbus, immodica ſomni cupiditas*, Men. V. 4. 3.

Vetulus, *diminut. a vetus, multos annos habens*; Vetuli duo, *nempe viri aut ſenes*, Epid. II, 2. 4. vetulus decrepitus ſenex, Merc. II, 2. 43. vetulae, Moſt. I, 3. 118. vetulae oues, *de ſenibus*, Bacch. V, 2. 10.

Vetus et antiquum, Moſt. II, 2. 45. Bacch. IV, 4. 60. Mil. III, 1. 156. Poen. V, 2. 18. vetus vetuſtum, *ſcil. vinum*, Curc. I, 2. 4. *conf.* Veteres.

Via, *latitudo, qua non homo tantum, ſed et vehiculum ire poteſt*; recta habere rectam viam ad aliquem, Pſeud. IV, 7. 37. Trin. IV, 2. 26. ire recta via, ibid. IV, 4. 13. Poen. III, 3. 79. per vias, *i. e. per plateas*, Moſt. I, 1. 53. in via adcumbere, *de ebrio*, Moſt. I, 4. 13. tranquillam concinnare viam, *i. e. facere viam impedimentis vacuam*, Stich. II, 1. 13 Via, *differt a ſemita, quae eſt via arctior*, Curc. II, 3. 8. Caſ. III, 5. 40. *Vſurpatur etiam translate diuerſis modis; v. c.* ingredi viam, *ordiri narrationem, prouti res geſta eſt*, Amph. I, 1. 273. adfectare viam aliquam, *in animo habere, intendere aliquid*, Aulul. III, 6. 39. ingredi in amoris vias, Perſ. I, 1. 1. ire publica via, *de meretricibus, et conſuetudine cum iſtis*, Curc. I, 1. 35. permetiri viam damni, *i. e. damnoſam*, Truc. II, 2 49. rapere quem in deteriorem viam, Trin. III, 2. 54. redire veram in viam, Caſin. II, 6 17. dare viam, *cedere de via*, Curc. II, 3. 1. *pro, occaſionem praebere*, Epid. II, 2. 9. via facilis et plana ad quaerendum honorem, Trin. III, 2. 19. per vias caeruleas vehi, *vi.* Caerulea via. Via ſcrupoſa, *vi.* Scrupoſa. Rectam

ctam inſtare viam, *vi.* Rectus.

Viales lares, *vi.* Lar.

Viatica coena, *quae datur peregre abeuntibus, quamque olim Lacones et Athenienſes lautiſſimam inſtruere conſueuerunt*, Bacch. I, 1. 61.

Viaticatum eſſe admodum aeſtiue, *vi.* Aeſtiue viaticatus.

Viaticum, *notat omne, quod ad iter neceſſarium eſt*, Pſeud. II, 3. 2. *inprimis quidem pecuniam ad ſumtus itineris ferendos requiſitam*, Capt. II, 3. 89 Men. V, 7. 48. Trin. IV, 2. 45. Truc. V, 1. 45. adornare viaticum ad fugam, Epid. V, 1. 9.

Vicarium reperire verbo alicui, *i. e. loco veteris formulae aliam dicendi rationem adhibere*, Stich. I, 3. 36. vicarius ſeruus, Aſin. II, 4. 27. *et ſeq.*

Vicem heri meamque, *i. e. in heri vicem, et ſimul meam*, Capt. III, 3. 11. Moſt. II, 1. 8. duarum vicem ferre, *i. e. duarum perſonam ſuſtinere, referre*, Mil. II, 1. 72, *ſ.* Rud. III, 5. 34. Truc. I, 2. 57.

Viciniae, *in modum aduerbii dicitur*, proxumae viciniae habitat, *i. e. proxime hic in vicinia*, Bacch. II, 2. 27.

Viciſſatim, *viciſſim*, Poen. *prol. v.* 46. Stich. IV, 1. 27.

Viciſſim, Moſt. V, 2. 31.

Victi, *pro victûs, antique*, Capt. IV, 2. 75.

Victitare ficis aridis, Rud. III, 4. 59. victitare ſucco ſuo, Capt. I, 1. 15. victitare pulchre, et miſeris modis, Moſt. I, 1. 51, ſinapi, Truc. II, 2. 60. victitare lolio, Mil. II, 3. 50. victitare volupe, *i. e. ſuauiter et iucunde*, Moſt. I, 2. 74. victitare ſorbilo, *vi.* Sorbilum.

Victor ſum, Pſeud. IV, 3. 19. victor victorum, Trin. II, 2. 28.

Victoria cluere, Poen. V, 4. 20. *conf.* Cluere. Suarum in pugna virium victoria aliquem emere, *vel adquirere*, Pſeud. IV, 7. 74.

Victus ſempiternus, Moſt. I, 3. 67. accipi baſilico victu, *i. e. regio et magnifico*, Perſ. I, 1. 32. victus excuratus, *adcurate praeparatus*, Pſeud. V, 1. 8. accipere aliquem lepidis victibus, Mil. III, 1. 144 viuere facetis victibus, *i. e. lautu*, Moſt. I, 1. 43. Victibus - - . lepide eſt mihi, Bacch. V, 2. 62. *conf. etiam*, Victi.

Videre, *pro, prouidere*, Moſt. II, 1. 65. Men. II, 3 2. *pro, inuidere*, Bacch III, 6. 15. *pro, intelligere*, Trin III, 2. 72.

Vidua, *quaſi valde idua, ab antiquo, iduare, quod Hetruſcorum lingua olim notabat, diuidere; dicitur de ea, quae per mortem diſiuncta eſt a viro*, Curc. I, 1. 37. Mil. V, 1. 16. *quam maritus res ſuas ſibi habere iuſſit*, Men. I, 2. 4. *quae cum viro diuortium fecit*, Men. V, 1. *v.* 20, 26, *et* 27. *cuius vir abſens eſt, quaeque viuit ſine viro*, Stich. I, 1. 2. Vidua, *opponitur virgini*, Stich. I, 2. 62. Viduam cubare, *conſuetudinem cum viro non habere*, Ciſt. I, 1.46. et nupta et vidua, *ſimul ſcilicet; i.e. mulier adoleſcens nupta cum ſene*, Mil. IV, 1. 19. Viduus vir, Merc. IV, 6. 13.

Viduitas auxilii, *inopia auxilii*, Rud. III, 3. 2.

Vidulus, *ſacculus ſcorteus, vel pellaceus, quo potiſſimum uſi ſunt peregrinantes*, Epid. I, 1. 20. Rud. II, 3. 61. Men. II, 2. 12. *et alibi*

Vietor, *qui ex vimine texto utenſilia facit*, Rud. IV, 3. 51.

Vigilia; noctu in vigiliam ire, *nequam ſenſu*, Pſeud. IV, 7. 84.

Vigiliae Cereris; Aulul. IV, 10. 65. *vi.* Ceres.

Vigilias hac noctu mihi agitandum eſt, Trin. IV, 2. 27.

Vin' *pro*, *visne*, Poen. V, 2. 155.

Vina Graeca, *quibus Romae, et in reliqua Italia, aquam marinam ſuffundere ſolebant, exceptis tamen Chiis*, Rud. II, 7. 30.

Vinarius, *qui vinum vendit*, Aſin. II, 4. 30. Poen, IV, 2. 16.

Vincea potio, *vi.* Potio.

Vincere, *verbum exſultantium, quum voti compotes ſunt facti*, Caſin. II, 8. 74. vincere duritia, *tergi ſcilicet*, Pſeud. I, 2. 18. vincere animum, Pſeud. I, 3. 7. vincere virtute vera, Ciſt. I, 3. 49. *ſ.*

Vindemia, Curc. I, 2. 16.

Vindex; fieri vindicem honori poſterorum, *vindicare et tradere poſteris honorem atque decus, iam a maioribus paratum. Caeterum cohaerere haec verba non cum antecedente, ſed eum conſequente verſu videntur; atque hoc ſi admittatur, interrogationis ſignum in fine tolli poteſt.* Trin. III, 2. 18.

Vindicta, Curc. I, 3. 56. *conf.* Feſtuca.

Vineae, *machinae bellicae, e lignis levioribus colligatae, altae ped.* 8. *latae ped.* 7. *longae ped.* 16. *cuius latera, ne ſaxorum telorumque impetu penetrarentur, vimine ſepiebantur, et tectum munitione duplici, tabulatis, cratibusque contexebatur; teſte Vegetio. Vſurpantur pro dolis et artibus*, Mil. II, 2. 111.

Vini mater, *vitis*, Amph. I, 1. 274.

Vinnula oratio, *a vinno, i. e. cincinno molliter flexo, dicitur oratio mollis et flexibilis*; Aſin. I, 3. 70.

Vinoſiſſumus, Curc. I, 1. 79.

Vinum album, *et* atrum, Men. V, 5. 17. vinum vetuſtate edentulum, Poen. III, 3. 87. *conf.* Edentulum. Vinum pendens, *ſcilicet in vuis ſuis, ante vindemiam*; coactum, *in vindemia collectum*, Trin. II, 4. 125. vino cupidus, *vi.* Cupidus.

Vinum, *pro convivio*, Aſin. IV, 1. 54.

Violarius, *qui veſtes tingunt violaceo colore*, Aulul. III, 5. 36.

Vir, *pro marito*, Amph. *prol. v.* 111. *et* I, 3. 4. *et* II, 2. 8. Ciſt. II, 3. 48. Bacch. IV, 8. 10. *et ſeq.* Men. V, 1. 4. *et alibi.* Vir dentatus, *vi.* Dentatus. Vir, *pro quovis maſculo*, Aſin. I, 3. 83. *ſ.*

Virago ancilla, *proprie, mulier fortis, et animo virili praeſtans*, Merc. II, 3. 79.

Virere, *de oculis, i. e. virentis flammae inſtar lucere*; Men. V, 2. 76.

Virgae in tergo alicuius morientes, *i. e. quae in tergo conteruntur*, Capt. III, 4. 17. virgarum vlmearum greges, Pſeud. I, 3. 99. *conf.* Faſces. Virgis verberare, Caſin. V, 4. 24. virgis caedere, Pſeud. I, 5. 98. Men. V, 5. 40.

Virgator, *qui virgis et loris caedit*, Aſin. III, 2. 19.

Virgidemia vlmea, *fictum per licentiam comicam, cum reſpectu ad vindemiam*, Rud. III, 2. 22.

Virginalis, *et* Virginaria feles, *vi.* Feles.

Virginiſuendonides, *fictum a virgo, et vendo*, Perſ. IV, 6. 20.

Virgo, *adulta*, Trin. I, 2. 73, *et* II, 2. 93. grandis, dote caſſa, atque illocabilis, Aulul. II, 2. 14. indotata, Trin. *arg. v.* 5.

Virile

Virile ſecus, *vi.* Secus.

Viripotens, *i. e. viribus potens, de Ioue*, Perſ. II, 3. 1.

Virtus, *dea*; Bacch. IV, 8. 52. *pro habitu animi, rationi conſentaneo*; Moſt. I, 2. 64. virtus praemium eſt optimum, virtus omnibus rebus anteit profecto, Amph. II, 2. 17, *et* 18. Virtus omnia in ſe habet, omnia adſunt bona, quem penes eſt virtus, ibid. *v.* 21. iſta virtus eſt, quando vſu' ſt, qui malum fert fortiter, Aſin. II, 2. 57. *pro fortitudine bellica*, Mil. I, 1. 57. Amph. *prol. v.* 75, *et* I, 1. 36, *et* 57. Epid III, 4. 6. *Pro caſtitate, et fide coniugali*, Amph. III, 2. 44. *conf* Irrita. *Pro prudentia*; virtus eſt, vbi occaſio admonet diſpicere, Perſ. II, 3. 16. *Pro dignitate perſonae*, Mil. III, 1. 143. ornatus haud ex ſuis virtutibus, *vi.* Ornare ſe. *Pro merito alicuius, quum e virtute vobis fortuna obtigit*, Poen. V, . 49. *Pro rei pretio*, merci pretium ſtatui, pro virtute vt veneat, Mil. III, 1. 133 Virtus, *aut* virtutes, *in malam partem*; nihil moror eum tibi eſſe amicum, cum eiusmodi virtutibus, Trin. II, 2. 56. *Pro verſutia*, Epid. III, 2. 45. Pſeud. II, 1. 7. *pro malefactis et flagitiis, ironice*; Aſin. III, 2. 10. *et* 12. Moſt. I, 1, 32. *Pro praeſtantia alicuius rei*, Moſt. I, 3. 17. *Pro labore et parſimonia*, Trin. III, 2. 17. Virtute deum, *formula, qua bona ſua diu accepta ferebant veteres*, Aul. II, 1. 44. Capt. II, 2. 74. Mil. III, 1. 85. Perſ. III, 1. 62.

Vis hominum, *multitudo*, Epid. II, 2. 64. vis negotii, Poen. I, 2. 1. vim et vitium adferre alicuius pudicitiae, Epid. I, 2. 7.

Viſa, *quae per quietem aut ſomnum ſeſe offerunt*, Mil. II, 4. 34.

Viſcus, *glutinum aucupum*, Poen. II, 1. 31. *et* 33.

Viſere, *videre*, Mil. II, 3. *et* III, 1. 114. Merc. III. 3. viſe, ſpecta tuo arbitratu. Moſt. III. 2. 106. viſere amicam, Ciſt. II, 1. 14. *cum praepoſitione, ad*; viſam huc ad eum, Bacch. III, 4. 4. viſe ad me intro, Mil. II, 6. 4. viſe ad portum, Capt. IV. 2. 114. nunc alteram illam, quae mea eſt, viſam huc in Veneris fanum, Rud. V, 1. 6.

Vita, *pro ſpiritu vitali, qui in animantibus continetur*; vita quam ſit brevis, cogita, Moſt. III, 2. 37. vita longinqua, Mil. III, 1. 136. vitam viuere, Epid. III, 3. 5. Merc. II, 4. 5. Perſ. IV, 3. 24. vita viuere. Mil. III, 1. 34. vitam colere, Rud. I, 5. 25. Moſt. III, 2 42. vitam breuem colere, Pſeud. III, 2. 33. vitam bene colere, Aulul. II, 2. 10. ſtudere vitae, *operam dare in vita alterius conſeruanda*, Truc. II, 5. 7. vitam prorogare, Pſeud. III, 2. 38. vitam alicuius interimere, Epid. IV, 2. 24. interminari alicui vitam, Caſin. III, 5. 28. *ſeq.* vitam alicui producere ad miſeriam, Trin. II, 2. 59. bonam vitam dare alicui, *de dea Venere*, Caſin. IV, 4. 17. *ſeq.* bonam vitam facere alicui, *voluptatem atque gaudium parare alicui*, Perſ. IV, 8. 4. praemature vita carere, *praematuro obitu defunctum eſſe*, Moſt. II, 2. 69. oblectare familiarem vitam ſuam, *non parce quidem, ſed ita tamen viuere, vt familiarem victum nil magnopere excedat, et conuiuae abſint*, Perſ. I, 3 46. Vita, *pro victu, vt Graecorum βίος*; Trin. II, 4. 76 Stich. III, 2. 9. *pro vitae genere et ratione*; Varia vita eſt, Truc. II, 1. 9. vita maritima, Bacch. II, 3. 108. Vitam *ſuam paraſiti etiam vocabant patronos, qui praebebant victum*, Stich. II, 2. 48. deuoluere aliquem vita, *victu et menſa prohibere*, Men. V, 5. 5. Vita, *in blanditiis amantium*, Caſin. I, 1. 47. Aſin. III, 3. 24. Truc. II, 4. 37. Poen. I. 2. 152.

vitae.

ae, *num. plur.* Pſeud. I, 2. 1.

tare, *cum dandi caſu*; ſemper tu huic verbo vitato abs tuo viro, Caſin. II, 2. 35. vitare infortunio, Curc. II, 3. 19. Poen. *prol. v.* 25.

Vitiare virginem, Aulul. *perioch. acroſt. v.* 3.

Vitellus, *in blanditiis amantium*, Aſin. III, 3. 77.

Vitilena, *lena vitiorum plena*, Moſt. I, 3. 56.

Vitium, *prauitas quaedam animi, corporis, aut rerum*; fons vitii et periurii, *conuicium*, Truc. II, 7. 51. vitium dicere alicui, *i. e. vitii inſimulare aliquem, conuiciari*, Aſin. V, 2. 49. vitio vertere aliquid, *male interpretari, vituperare aliquid*, Capt. II, 2. 9. Epid. I, 2. 5. vitia corporis fuco occulere, Moſt. I, 3. 118. magnum hoc vitium vino eſt, Pſeud. V, 1. 5. facere aliquid vini atque amoris vitio, Aulul. IV, 10. 15. Truc. IV, 3. 54. vitium addere aedibus, *aedes immunditia et negligentia corrumpere, labefactare*, Moſt. I, 2. 25. Vitium, *pro ſtupro*; vitium adferre pudicitiae alicuius, Epid. I, 2. 7. vitium pudicitiae alicuius addere, Amph. II, 2. 179.

Vitulari, *laetum lubentemque eſſe*; vitulari Ioui, *i. e. lubentia diffluere propter bona a Ioue data*, Perſ. II, 3. 2.

Viue, *aduerb.* viue ſapis! *i.e. viuide*, Epid. II, 2. 98.

Viuere, *pro, eſſe*, Amph. *prol. v.* 75. Bacch III, 6. 24. Rud. II, 4. 32. Mil. IV, 8. 10. Rud. II, 1. 1. *et alibi.* Viuere facilius, *i. e. lautius, et magis ex ſententia, de paraſito*, Curc. V, 2. 6. miſere viuere, *parce et auariter*, Aulul. II, 4.36. viuere lege dura, Merc. IV, 6. 1. viuere de ſuo, *i.e. ſuo ſumtu*, Truc. V, 1. 61. viuere modo et moribus alicuius, Trin. II, 2. 16. more et exemplo quodam viuere, Bacch. III, 6. 11. vincere aliquem viuendo, *diutius viuere*, Epid. II, 1. 8. proinde vt bene viuitur, diu viuitur, Trin. I, 2. 27. Viuere vitam, *et* viuere vita, *vi. ſupra, in* Vita. *Conf. etiam*, Vixiſſe.

Viuus, *viuens*, Ciſt. II, 1.46. Men. II, 1. 20. neque viuus, neque mortuus ſum, Truc. IV, 3. 49. numquam viua me irridebit, *i. e. in vita*, Bacch. III, 4. 17. me viuo, *dum vixero*, Bacch. III, 3. 15. ſe viua, *quoad vixerit*, Truc. II, 4. 86.

Vixiſſe, *pro, mortuum eſſe, per euphemiſmum*; Bacch. I, 2.43. illico vixit amator, *i. e. illico pro mortuo habetur*, Pſeud. I, 3. 77.

Vllus, *genit.* vlli, *pro, vllius, antique*; Truc. II, 2. 38. non vllus alter callidior, Moſt. I, 3. 113.

Vlmitriba, *verbero*, Perſ. II, 4. 7. *conf.* Vlmus.

Vlmus, *arbor*; *pro virgis vlmeis*, Aſin. III, 2. 3. vlmos paraſitos facere, *per metaphoram a paraſitis ductam. Vt enim hi menſas diuitum attondent, ita vlmi de tergis ſeruorum aliquid abradunt*, Epid. II, 3. 6. Vlmorum Acheruns, *de ſeruo, cuius in tergo decerptae ex vlmo virgae conſumuntur, et quaſi moriuntur*, Amph. IV, 2. 9. *Eſſe vel fieri* vlmeum, *vlmeis excipi virgis*, Aſin. II, 2. 96. vlmeis ſtilis aliquem conſcribere, *virgis in tergo; quaſi, vt ipſe Plautus verbis antecedentibus ait, in libro cum ſcribuntur calamo litterae*, Pſeud. I, 5. 132. vlmea pigmenta, Epid. V, 1.20. vlmea virgidemia, *vi.* Virgidemia; Catapultae vlmeae, *vi.* Catapulta.

Vlpicum allium, *vi.* Allium.

Vltro iſthunc, *i. e. apage, procul a me abſit*, Amph. I, 1. 164.

164. vltro iſtum a me, Capt. III, 4. 19. vltro te, amator! Caſin. II, 8. 23.

Vlyſſes, *Ithacae rex*, *Laertae et Anticleae filius*, *in quo Homerus ſapientis et aſtuti hominis exemplum propoſuit*, Bacch. IV, 9. 16, *et* 25. Pſeud. IV, 6. 2, *et* IV, 8. 7. Vlyſſes Laërtius, Bacch. IV, 9. 22. Vlyſſes, *pro conſiliario*, Men. V, 5. 4.

Vmbilicus, *proprie ligamentum inteſtinorum in medio ventre; tranſlate vſurpatur*: dies ad vmbilicum eſt dimidiatus mortuus, *i. e. inclinatus in pomeridianum tempus*, Men. I, 2. 45.

Vmbra amantum magis, quam amator, Mil. III, 1. 31.

Vmbraticola, *mollis*, *qui ſolem pulueremque non ferens in vmbroſis tantum locis degit*, Truc. II, 7. 49.

Vmbraticus, *homo in vmbrâ educatus*, *et ignauus*, Curc. IV, 3. 24.

Vmbria, *regio Italiae*, *a mari ſupero ad Apenninum et vltra*, *cuius incolae ventri dediti*, *et moribus illepidi*, Mil. III, 1. 53.

Vna res, *eadem agendi ratio*, Capt. III, 1. 28.

Vnanimans ſocia, *i. e. vnanimis*, Truc. II, 4. 81.

Vncia, *duodecima pars aſſis*, *nec non omnium et ponderum*, *et menſurarum*, *quae in XII. ſecari partes ſolent*, Rud. IV, 2. 8. Men. III, 3. 3.

Vncti ſenes, *vi.* Senex.

Vnctiones Graecae, *vi.* Graeca mercari fide.

Vnctitare ſe vnguentis, Moſt. I, 3. 117.

Vnctiuſculum pulmentum, *vi.* Pulmentum.

Vnctor, *qui vnguenta conficit*, *et adhibet*, Trin. II, 1. 22.

Vndans chlamys, *vi.* Chlamys.

Vnde, *adu. vſurpatur de loco*, Rud. I. 1. 5. Epid. I, 1. 74. vnde gentium? Aſin I, 1. 77. Pſeud. IV, 2. 11. vnde is? Ciſt. V, 1. 3. Moſt. III, 1. 16. vnde agis? Bacch. V, 1. 20. vnde mihi? *formula negantis*, *ſe habere aliquid*, Pſeud. IV, 6. 33.

Vne, *vocatiu. ab vnus*, Fragm. *Friuol v.* 12.

Vnguentariam facere, *quaſi officinam vnguentariam inſtruere*, Poen III, 4. 90.

Vnguentatus, Caſin II, 3. 23. vnguentatus moechus, Mil. III, 3. 50. cincinnos alicuius vnguentatos vſque ex cerebro expellere, Truc. II, 2. 32, *et ſeq.*

Vnguentis vngi, Truc. II, 2. 34. vnctitare ſe vnguentis, *vi.* Vnctitare.

Vnguentum lepidum, Aſin. II, 3. 10.

Vnguiculus; ab vnguiculo ad capillum ſummum feſtiviſſuma muliercula, Epid. V, 1. 17, *et* 14.

Vngulae, *earum ſonitus in equis*; Men. V, 2. 113. vngulae miluinae, aut aquilinae, *i. e. rapaces*, *de coquis*; Pſeud. III, 2. 63. vngulis conſtrictis coenam coquere, Pſeud. III, 2. 65. iniicere vngulas aliquid, *i. e. in aliquid*, ibid. II, 2. 48.

Vni animi ſumus, *i. e. vnius animi*, Stich. V, 4. 49.

Vnice vnus ex omnibus, Aſin. I, 3. 56. Stich. I, 1. 12. vnice vnum plurimi pendere, Bacch. II, 2. 29. *add.* Truc. I, 2. 91.

Vnico magis vnicus, Capt. I, 2. 47. Vnicus, *pro ſumme dilecto*, Capt. I, 2. 44. peſſundatur tibi filius vni vnicus, Bacch. III, 3. 3. *pro vnice idoneo*,

ipſo, *et maxime praeſtanti*, poeta es prorſus ad eam in vnicus, Aſin. IV, 1. 3.

Auerſi omnes, *per pleonaſmum*; Trin. IV, 3. 39, *et ſeq*

Vnoculus, *qui altero eſt orbatus oculo*, Curc. III, 1. 22.

Vnumquidque, *vnumquodque*, Aſin. II, 2. 60. Bacch. IV, 4. 57.

Vnumquidquid, *pro vnumquodque*, Trin. IV, 2. 39.

Vnus, παρέλκει, Bacch. I, 2. 22. Merc. III, 3. 17. *adhibetur etiam pro*, *aliquis*, Aulul. I, 1. 38. Moſt. III, 2. 2. Stich. IV, 1. 32, *et alibi. pro*, *ſolus*, Moſt. I, 3. 31, *et* III, 3. 24. vnae quinque minae, *i. e. tantum quinque minae*, Pſeud. I, 1. 52. rure ſum vnos ſex dies, Trin. I, 2. 129.

Vocare, *inuitare ad coenam*, Aſin. IV, 1. 23. Capt. I, 1. 8. Curc. IV, 4. 7. Men. II, 3. 36, *et* III, 1. 11. Pſeud. V, 2. 32. Truc. II, 6. 66, *et alibi.*

Vocare in ius, *vi.* Ius bonum.

Volgus, *vi.* Vulgo.

Volatici homines, Poen. II, 1. *v.* 27. 28. 29.

Volnus, *vi.* Vulnus.

Volſella, *vel* Vulſella, *a vellendo; inſtrumentum*, *quo pilos euellebant radicitus*, Curc. IV, 4. 21.

Volſus, *vi.* Ludius volſus.

Voltus, *vi.* Vultus.

Voltisne, *pro vultne*, Curc. I, 1. 90.

Volturius, *iactus infelicis nomen in talorum luſu*, Curc. II, 3. 78. Volturii, *de ſenibus duobus*, *quos ludificatur cornix*, *i. e. ſeruus ipſe Tranio*, Moſt. III, 2. 147, *et* 152. Volturius, *pro ſene auaro et rapace*, Trin. I, 2. 64.

Volucrem geſtitare vocem, *vi.* Geſtitare.

Voluntate, *i. e. ſponte*, Mil. II, 5. 40, *et* IV, 3. 31. Stich. I, 2. 2.

Volup, *antique*, *pro volupe*, Mil. IV, 1. 1. Men. IV, 3. 3. *conf.* Volupe.

Volupe, *ab antiquo* volupis, *iucundus*, *delectabilis:* Amph. III, 3. 3. *et* III, 4. 11. Mil. II, 3. 6. Poen. V, 4. 20. Stich. IV, 1. 2. bene factum et volupe eſt, Rud. IV, 1. 1. volupe victitare, Moſt. I, 2. 74. animo ſuo facere volupe, Caſin. IV, 2. 5.

Voluptabilem adferre nuntium, *i. e. delectabilem*, Epid. I, 1. 19.

Voluptarius homo, *mollis*, *et voluptati deditus*, Rud. *prol. v.* 54. Voluptarii, Men. II, 1. 34. voluptarius locus, *voluptati ſacer*, Poen. III, 2. 25.

Voluptas, *dea*, Bacch. I, 2. 7. *pro re venerea*, Truc. II, 6. 38. voluptas, *vocabulum in blanditiis amantium*, ibid. *v.* 40. *it.* Aſin. III, 3. 74. Poen. I, 2. *v.* 152, 167, 174. Mil. IV, 8. 36, *et alibi.* multas voluptates ferre, *voluptate frui non vna tantum*, *ſed multiplici*, Stich. V, 2. 9. multorum annorum miſerias vna voluptate ſedare, *i. e. vno delectabili euentu*, *animique voluptate*, Poen. V. 4. 93.

Volutare rem, Moſt. I, 2. 4. volutare rem in pectore, Capt IV, 2. 1. volutare ſecum aliquid in corde, Mil. II, 2. 41.

Vomere argentum, *reddere*, *metaphora a ſtomacho ſumta*, Curc. V, 3. 10.

Vomica, *proprie tumor excreſcens*, *puris plenus*, *ponitur pro crumena*

mena numis repleta, quam e collo gerebant veteres, Pers. II, 5. 11.

Vomitus pulmoneus, Rud. II, 6. 27. vomitum excutere alicui, *i. e. concitare*, Merc. III, 3. 15.

Vorſare, *vi.* Verſare.

Vorſi gladii, *vi.* Verſis gladiis depugnare.

Vorſoria, *proprie funis, quo velum vertitur:* vorſoriam capere, *translate accipitur pro, reuerti;* Merc. V, 2. 34. Trin. IV, 3. 19.

Vorſum, *vi.* Rurſum vorſum.

Vorſus, *vi.* Verſu vincere.

Vorſutus, *vi.* Verſutus.

Vortere, *vi.* Vertere.

Voſtrum patri filii quot eratis? *pro, veſtro patri; niſi ſit legendum:* vos tum patri *etc.* Men. V, 9. 58.

Vota ſuſcipere, *milites ſolebant, antequam diſcrimen belli adirent, vel in ipſo etiam certamine*, Amph. I, 1. 75. vota quae ſunt, *paſſiue, i. e. quae diis voui; ſiue, rem diuinam, quam diis voui*, Amph. III, 3. 11.

Votita, *i. e. religione quadam prohibita. Votitum dixere enim veteres, quod aliqua religione interdictum erat, teſte Nonio;* Aſin. IV, 1. 44.

Vox cuianam ſonat? Bacch. IV, 9. 55. iubeo te ſaluere voce ſumma, Aſin II, 2. 30. vox mihi ad aures aduolauit, Amph. I, 1. 169. *conf.* Geſtitare.

Vpupa, *inſtrumentum foſſorium, forma ſua referens caput vpupae cum roſtro*, Capt. V, 4. 7.

Vrbicapus, *qui vrbes capit, de glorioſo milite;* Mil. IV, 2 64. *conf.* Bacch. IV, 9. 42.

Vri, *pro, angi, cruciari*, Bacch. V, 1. 5. his cerebrum vritur, Poen. III, 5. 25. vritur cor mihi, Pers. V, 2. 21.

Vrna, *vas aquarium*, Rud. II, 4. 25. vrna mulſi, Caſin. *prol. v.* 76. vrna Veneris, *Veneri conſecrata*, Rud. II, 5. 16. Veneria, ibid. *v.* 18.

Vrtica marina, *piſcis genus*, Rud. II, 2. 9.

Vsque, *aduerbium, temporis continuationem ſignificat, vt perpetuo, ſemper, e. g.* benene vſque valuit, *i. e. adhuc*, Bacch. II, 3. 14. Moſt. II, 2. 19. Pers. I, 1. 23. Merc. II, 3. 53; ſarta tecta tua praecepta vſque habui; Trin. II, 2. 36. *et ſic alibi ſaepius. Aliquando adſiduitatem notat ac perſeuerantiam:* perpetuare data, *et* dare vsque, Pſeud. I, 3. 73. vſque et diu, Poen. I, 2. 34. vnus aliquis oſculum amicae vſque oggerit, Truc. I, 2. 8. Caſin. III, 1. 16, *et* I, 1. 21. *Additur et verbis, quae nullum tempus adſignificant*, ſtilis me totum vſque vlmeis conſcribito, Pſeud. I, 5. 132. *iungitur praepoſitionibus: e. g. cum a, vel ab;* elinguare aliquem vſque ab radicibus, Aulul. II, 2. 72. vſque a principio omnia audire, Aulul. III, 6. 2. vſque ab ſtirpe aliquid exquirere, Trin I, 2. 180. *it. cum praepos. ex;* vſque e Perſia, Pers, IV, 1. 13. perprurifcere vſque ex vnguiculis, Stich. V, 5. 20. vſque ex cerebro, Truc. II, 2. 33. *et cum praepos. ad;* vſque ad ientaculum, Truc. II, 7. 38. *conf.* Ientaculum. Vsque ad oſtium, Moſt. III, 2. 81. *Copulatur item cum aliis aduerbiis*, vsque affatim, Poen. III, 1. 31. vsque adhuc, *i. e. huc vſque*, Aulul. II, 3. 10. Mil. II, 6. 107. Pſeud. IV, 7. 14. vſque adſiduo, Truc. II, 4. 67. vſque adeo, - donec, Ciſt. II, 3. 40. Rud. III, 5. 32. vſque adeo - donicum, Truc. I, 1. 18. vſque dum, *i. e. quamdiu;* vſque dum regnum obtinebit Iupiter, Men.

V, 1. 28. piſces, qui, vſque dum viuunt, lauant, Truc. II, 3. 1. vſque quaque, *i. e. quoque loco et tempore*, Bacch. IV, 4 83. meo vſque modo, vt volui, *ex animi mei ſententia*, Trin. IV, 1. 8.

Vſufacere, *pro vſu capere, proprium facere*, Amph. I, 1. 219.

Vſura, *pro vſu*; Trin. I, 2. 144. vſurpare vſuram, Pſeud. I, 2. 3.

Vſuraria aera, *pecunia, quae pro vſu pecuniae mutuo datae ſoluitur*, Truc. I, 1. 53. vſuraria vxor, *qua quis tamquam mutuatitia per libidinem vtitur*, Amph. *arg. v.* 3, *et* I, 2. 36, *et* III, 3. 25. vſurarius puer, *catamitus*, Curc. III, 1. 12.

Vſurpare, *vti*; vſurpare vſuram, *vi.* Vſura.

Vſurpare barathrum; *vi.* Barathrum.

Vſurpare verbum vetus inter nouam rem, Ciſt. II, 1. 29. aures meas vſurpant ſonitum, Caſin III, 5. 9. regionem neque oculis, neque pedibus vſurpaſſe, Trin. IV, 2. 4.

Vſus, *i. e. ius, copia, et ratio vtendi*; ex tuo vſu eſt, Pers. IV, 4 14. non ex vſu noſtro eſt, Merc. II, 3 60. hoc iſti vſus non eſt, Rud. IV, 4. 39. hoc vſus facto eſt, Men. V, 2. 1. quod non facto eſt vſus, *i. e. quod non expedit*, Amph. I, 3. 7. vbi vſus veniat, Mil. I, 1. 3. ſi quis vſus venerit, Ciſt. I, 2. 28. ſi magis vſus venerit, *i. e. ſi magis e re mea fuerit*, Bacch II, 3. 129. dico, vt vſus fieri, Aſin. II, 2. 109.

Vſus eſt, *pro, opus eſt*; vſus eſt pecunia, Curc III, 1. 13. quando vſus eſt, Aſin. II. 2. 57. quid ea vſus eſt? Mil. III, 1. 195. luto vſus eſt multo, Rud. I, 2. 12. ſi nihil vſus eſſet, Merc. IV, 3. 32. ad eam rem vſus eſt mihi tua opera, Pers. II, 5. 27. argento mihi vſus inuento eſt, Pſeud. I, 1. 48; *et ſic quoque alibi.*

Vt, *coniunctio, plerumque cauſſam aliquam exponens, vel efficientem, vel impellentem*; fecit, vt vigilarem, - - - faciet, vt dormiam, Amph. I, 1. 142. ego te vt adcuſem, merito meditabar, Aulul. III, 6. 14. Pſeud. I, 3. 42. Bacch. IV, 6. 7. Poen. IV, 2. 42. *Eſt et aduerbium, ac tempus ſignificat*, vt vectus huc ſum, *i. e. poſteaquam huc vectus ſum*, Amph. I. 1. 173. Moſt. I, 3. 111. vt cum exercitu profectus ſum, *i. e. ex quo profectus ſum*, ibid. II, 2. 101. pallida eſt, vt peperit; Truc. II, 7. 22. in tonſtrina vt ſedebam, *i. e. quum ſederem*, Aſin. II, 2. 76. Curc. V, 2. 46. Rud. IV, 2. 10. Stich. I, 1. 29. *pro, vt primum, ſimul ac*; mulieres te amant, vt quaeque adſpexit, Mil. IV, 6. 49. Merc. *arg.* I, *v.* 3. Truc. I, 2. 6. Vt, *inſeruit etiam comparationi, et notat, quemadmodum*; vt ipſe ſcibo, te faciam, vt ſcias, Aſin. I, 1. 113. proinde, aliis vt credat, vide, Capt. II, 2. 42. *add.* Epid. III, 2. 41. Men. I, 3. 23. Pſeud. IV, 7. 15. Vt, *pro, prout*; Men. V, 2. 1. Pſeud. I, 3. 34. Stich. IV, 1. 16. Trin. III, 3. 1. Truc. IV, 3. 1. Vt, *pro, quomodo*; Amph. II, 2. 208. Pers I, 1. 17. Mil. II, 4. 3. Trin. I, 2. 10. Poen. I, 2. 39. *pro, quam*, *certum eſt* in te, vt ſim parcus, experiri, Moſt. I, 3. 80. Vt, *particula adiurandi*; Bacch. IV, 6. 8. *partic. admirandi*; Epid. I, 1. 11. Capt. I, 2. 52. Men. IV, 2. 1. Mil. II, 4. 47. Merc. III, 4. 76. Poen. III, 3. 41. Truc. I, 2. 82, *et alibi. partic. adſeuerandi*; Aſin. III, 3. 39. Capt. IV, 2. 99. Poen. IV, 2. 48. *partic. imprecandi, vel exſecr.* Aulul. IV, 10. 32. Caſin. II, 6. 37. Pers. II, 4. 27.

part.

part. deſperandi; vt ego interii baſilice! Epid. I, 1. 54. Vt, *in conciſa interrogatione* vt; Moſt. IV,3.25.Vt, *pro, qualis*; Amph. *prol. v.*104. Vt ne, *pro ne*; Aſin. III, 3. 128. Aulul. IV, 4. 21. Moſt. V, 1. 12. Vt ſit, *formula concedendi et abrumpendi*, Ciſt. II,3.23 Vt magis - tanto magis, Moſt. III, 2. 146.

Vtcumque, Amph. I, 1. 187. Vtcumque, - exin, Epid. I. 1.47. Poen. III, 5. 9. vtcunque - ita, Bacch. IV, 4, 13.

Vter, *ſaccus coriaceus, quo aquam, vinum, oleum, etc. protabant*; vter veteris vini, Truc. V,1. 11.

Vter, *nom. interrogat. de duobus tantum*; *conſtr. cum plur.* vter meruiſtis culpam, Men. V, 2. 29. vter eratis, *tun', an ille maior?* ibid. V,9.60. vtri, *plur. num.* vtris cum rem eſſe mauis? Truc. I, 2. 51.

Vterque, *cum num. plur.* vterque *inſaniunt*, Curc. I, 3. 31.

Vterum, *et* Vterus, *neutro et maſcul. gen. dicebant veteres, teſte Nonio*; vterum dolet, Aul. IV, 7. 10. vteri dolores mihi oboriuntur, Stich. I, 3. 11.

Vti, *coniunct cauſſalis, pro, vt*; Amph. I, 1. 59. Aſin. I, 1. 60. Pſeud. V, 1. 27.

Vti, *verb. vi.* Vtor.

Vtibilis alicui, *i. e. vtilis*, Moſt. IV, 1. 2. Men.V,6.23. Merc. V, 4. 45. vtibile ad rem aliquam, Mil. III, 1. 16.

Vtilis, *pro, paratus, promtus*, Ciſt. I, 1. 10.

Vtilitas,*pro vſu;ſatin' ego oculis vtilitatem obtineo ſincere, an parum? i. e. ſatis ne clare oculis proſpicio, an parum?* Epid. V,1. 28.

Vtinam, Amph. I, 1. 230. Aſin. II, 4. 12 Aulul.I, 1. 11. Capt. III,4.5. Trin.III,1 17, *et alibi.*

Vtor, *cum adcuſandi caſu, antique*; Aſin I, 3. 47. Aulul. II, 5. 14. Merc. I, 2.34. Poen. V, 2. 128. Rud. IV, 7. 15. *cum caſu auferendi*; vti opera alicuius, Stich IV, 2. 36. vti operis, Truc. IV, 2. 21. Me vti volo libere, *volo libertate mea vti*, Mil. III, 1. 84. vti ſeſe, *vi. ſupra*, Seſe vti. Vtendum dare aliquid, Curc. V, 2. 5. Trin. V, 2. 7. rogare aliquid vtendum, *i,e, mutuum rogare, petere*, Aulul. I, 2. 18.

Vtpote, *nimirum, ſcilicet*, Mil. II, 6. 49.

Vtrobi, *vi.* Vtrubi.

Vtrobidem, *vtrinque*; Truc. I, 2. 50.

Vtroque vorſum rectum eſt ingenium meum. *i. e. neutrum diſplicet, quocunque iuſſeris, conuertar*; Capt II, 3. 8.

Vtrubi, *i. e. vtro in loco, ſuperiore, an inferiore*, Stich. V, 4 14.

Vtut, *pro, quomodocunque*, Amph. V, 1. 49. Bacch. V, 2. 73. Moſt. III, 1. 14.

Vua; eſſe pro vua paſſa penſilem, ſuſpendere ſe, *quemadmodum vuae ſuſpenduntur, vt paſſae fiant*, Poen. I, 2. 99.

Vuidus, *humidus*; Rud. II, 3. 78, *et* II, 7. 27. veſtis vuida, Rud. I, 4. 31. veſtimenta vuida, ibid. II, 7. 15.

Vulcanus, *deus, Iouis faber, qui et* Mulciber *dictus, a mulcendo i. e. molliendo ferro*; Bacch. II, 3. 21. Vulcani irati filius, Epid. V, 2.8. Mulciber, Epid. I, 1 32. Vulcanus, *per metonymiam, pro igne*, Men. II, 2. 55. Rud. III, 4. 56. Vulcanum in cornu concluſum gerere, *i. e. in laterna cornea*, Amph. I, 1. 185. Vulcano ſtudere, *de coquis, ad ignem laborantibus*, Aulul. II, 6. 10.

Vulgo vulgare aliquem, *cum priuatis et plebeiis conſociare*, Mil. IV, 2. 44.

Vulſella, *vi.* Volſella.

Vulturius *vi.* Volturius.

Vultus, Epid. I, 1. 59. tranquillare vultum alicuius, Capt. I, 2. 21. vultu triſti eſſe, Moſt. III, 2. 124.

Vxor dotata, *quae dotem ad maritum attulit. Dos autem erat pecunia nuptiarum cauſſa data, cohaerens matrimonio, quaeque adeo, ſi nulla matrimonii onera, id e. nulli liberi communes adeſſent, diuortio facto, ad vxorem redibat.* Moſt. III, 2. 14. indotata, Aulul. III,5. 6. Trin. II, 2. 97. incommoda et importuna, Aſin. I, 1. 45, *et* 47.

placi-